[illegible]

Iste lib^o est p loco przeworsko

N. Inw. 3457

[illegible]
[illegible] de re et decl[illegible] ut non ponis talia
nota & refere ad rita[illegible] dicens de ipsa re
vel de re illa · vel de re ead non de genitiu
Item non de regulis occurrentibus; idtaie
[illegible] illi duo g[illegible] [illegible] plen[illegible] [illegible]
ne · [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible]

[illegible]
[illegible] [illegible] nullam adte
[illegible] [illegible] alia re [illegible]
[illegible] sequitur [illegible] ut [illegible] sol' [illegible]
adte Item non [illegible] uel de uos [illegible] honis
[illegible] sequitur [illegible] ita signe [illegible] post [illegible]
in singula [illegible] ut [illegible] [illegible] · [illegible]
[illegible] [illegible] solatiu[illegible] [illegible] · [illegible]

[illegible] gre [illegible] [illegible]gea · vel salute et [illegible]
milicia ph[illegible] [illegible] · vel ca sente [illegible]
et doce · [illegible] placeat [illegible]
vel salute cum p[illegible]tudine [illegible] · vel [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] · vel se ipsum [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] · vel [illegible]
[illegible] sic d[illegible] suo sebit · Dilecto et
[illegible] [illegible] et d[illegible] suo · N · N ·

[illegible] principes · [illegible]
[illegible] et honoris · vel se [illegible]
[illegible] et mandata · vel debita honoris
merentum · De domino ad fideles suos ·
Dilecto filio suo · N · vasallo ·
Duce comiti · vel castellano ·
salutem et suam gratiam · vel de [illegible] · Si uelit dominus
[illegible] · N · suum · [illegible] arte · et
[illegible] sequente · Maritus uxori sue ·

(—)

ad mli·es
p̃ fem̃·

[illegible] p̃ sue aie [illegible] parentes in
uenib; oiligentie· uẽ· B· spualissime
sponsalie amice D· aiam̃ ⁊ corpꝰ ⁊ sipla
pos· l' ꝗcq̃ ht l' hẽre ut· l' B· ad muli
eres p̃ sexum· Amice dulcissime So͛r ⁊
[illegible]gne decorate· l' aie sue dimidie· ⁊
[illegible] suor' lumi· B· gẽciosissime l' so͛r

⁊ dilc͛e p̃as ⁊ cõsiliu͛ sic scribe· ⁊ sulib' la
darilie· bonon͛ p̃as ⁊ eid loci cõsiliu͛· a
rb· ⁊ sulib' uille mutine l' pamitat b
gi· l' cast͛ sci Johis ⁊ toti eid loci ppls·
salute͛ ⁊ oĩe bo͞m· cõsiliu ⁊ p̃as s̃ dnis· ui
ro eggio a· bonon͛ p̃ati· ⁊ cõsilio unm͛
so iusta [illegible]

Dig narroĩs

Nota q͛ ista signa cõgrue [illegible]
Nexordia ⁊ ĩprĩm narroĩs ponũ
hat roẽ· Jn· g͛ ita· g͛ sta
ne· nimis· equid· hinc ẽ·
iccirco· pm· gr· na·
⁊ tũ· na· [illegible]

[illegible] cũ ubo aũ regit· [illegible]
pñ ⁊ ubũ aũ regit ⁊ iuncto uũ copla[illegible]
di h͞us s; uocẽ aut s; intellectu͛ ead
nu͛q͛ pos cũ pñ hãt coplam̃ insertam
sam· s; pñ ubũ ad iungas ut legis
[illegible]

Reuerendo patri et domino suo Guillelmo dei gratia Senonensi Archiepiscopo Petrus seruus christi presbiter trecensis vitam bonam et exitum beatum. Causa suscepti laboris fuit instans peticio sociorum qui cum hystoriam sacre scripture in serie et glosis diffusam lectitarent breuem nimis et inexpositam opus aggredi me compulerunt ad quod pro veritate hystorie consequenda recurrerent. In quo sic animus stilo imperat ut a dictis patrum non recedam licet nouitas fauorabilis sit et mulceat aures. Porro a cosmographia moysi inchoans riuulum hystoricum deduxi usque ad ascensionem saluatoris pelagus misteriorum peritioribus relinquens in quibus et vetera prosequi et noua cudere licet. De hystoriis quoque ethnicorum quedam incidencia pro racione temporum inserui instar riuuli qui secus alueum diuiditur quem inuenerit vacuum replens preterfluere tamen non cessat. Verum quia stilo rudi opus et lima nobis fuit melliflua lingua residuum huic operi deo volente et carens modo splendore et auctoritati prebeat perhennitatem. Per omnia benedictus deus amen.

Incipit prefatio

Imperatorie magestatis est in pallacio tres habere mansiones. Auditorium vel consistorium in quo iura decernit. Cenaculum in quo cibaria distribuit. Thalamum in quo quiescit. Ad huius modum imperator noster qui imperat ventis et mari mundum habet pro auditorio ubi ad nutum eius omnia disponuntur. Unde celum et terram ego impleo dicit dominus. Unde et dominus in celo sedes eius. Animam iusti pro thalamo quia delicie sunt ei ibi quiescere et esse cum filiis hominum. Et scriptum est in sponsa et anima cuiusque iusti sponsa. Sed tamen scriptura pro cenaculo in quo suos inebriat ut sobrios reddat. Unde ambulauimus in domo domini cum consensu. Et de hac scriptum est: Sapientia edificauit sibi domum excidit columnas septem. Huius cenaculi sunt tres partes fundamentum paries tectum. Hystoria est fundamentum cuius sunt tres partes.

Incipit hystoria scolastica

kalendaria

Hystoria annalis est factum quod per anni fiunt. Kalendaria que in uno mense fit. Et factum aliquod insigne quod in uno mense fit. Effimera quod repente factum est in uno die vel in parte mensis. Effimera quasi ephemera a solitudine. Et effimera piscis est qui eodem die quo nascitur moritur. Annalis. Kalendaria. Effimera. Allegoria paries super immittens quod per factum aliud factum figuratur. Tropologia doma vel dogma est quod super illud suppositum quod per illud quod factum est a nobis sit faciendum insinuat. Prima planior secunda acutior tercia suauior. A fundamento sumens principium loquendi primo ab ipso fundamenti principio eo iuuante qui dominus principes est et principium.

Anno quia a festis effimera dicta momentanea vel diurna

De creatione empirei et quatuor elementorum

In principio erat verbum et verbum erat principium in quo et per quod pater creauit mundum. Mundus quatuor modis dicitur. Dicitur mundus empireum celum propter suum mundiciam. Dicitur sensibilis mundus quod a greco pyr quod est ignis dictum est quod vel quia splendidum. Empireum non cognomine. Dicitur sola racione sublunaris mundus dicitur quod sola animam nobis nota est. De qua princeps huius mundi eicietur foras. Dicitur etiam homo dicitur mundus quia ipse vtramque mundi ymaginem representat. Unde a deo dictus est creatura. Dictus est et grece microcosmus id est minor mundus. Empireum autem et sensibilem mundum et celestiarem regionem creauit deus et de nichilo fecit homines vero fecit. Plasmauit de factis opere ex illorum quasi mirabili legislator. In principio creauit deus celum et terram id est continens et contentum id est empireum

a splendore non a colore

Gen i

[library stamp, illegible]

Et angelicam naturam / terram i. materiam
omnium corporum que quatuor elementa
i. mundum sensibilem ex hiis constatem. Quidam celum superiores partes
mundi sensibilis intelligunt terram
inferiores et palpabiles. Hebrei
habent helohim quod tamen singulare
est plurale est i. dii. ut dominus
deus persone unus deus creator est.
Cum vero dixit Moyses creavit, tria errores elidit Platonis
aristotelis et Epicuri. Plato dixit
tria fuisse ab eterno deum, ydeas ylem et in principio temporis
de yle mundum factum fuisse. Aristoteles duo mundum et opificem
qui de duobus principiis materia scilicet
et forma operatus est sine principio
et operatur sine fine. Epicurus duo inane et athomos. In principio natura quasdam
athomos solidavit in terra alias
in aqua alias in aera alias in
igne. Moyses vero solum deum esse
tantum protestatur et mundum sine materia preiacenti factum. Creatus
est autem in principio i. in filio et in principio durationis. Sed in principio
creavit deus celum et terram in
principio temporis. Causa enim
et mundus et tempus. Sicut enim
solus deus eternus sic mundus sempiternus i. semper eternus. Temporaliter
eternus angeli vel sempiternum
vel in principio omnium creaturarum creavit celum et terram i. has creaturas primordiales quasi sola sed
quod sic factum est solo dici non potuit, licet enim hic prius nominetur celum quam terra tamen scriptum
est In initio tu domine terram fundasti. Sicut aperto oculos
aspicio statim acies mea usque solem in oriente. Quidam non facerent
in multa aeris spacia que sunt
inter me et solem transvolaret
quidam momentaneam translationem
si vellem explicare sepe
adda prius et post. Sic prius
transit acies mea aerem vicinum
post aerem qui est super alpes post
aerem qui est super terras alienas usque ad occeanum. Post
aerem qui est super occeanum et
tandem tangit solem. Hanc
creationem mundi probata

Imane vocat lo nubi no e mundum

Temporaliter eternus est mundus

Exemplum

sub operibus vi dierum explicavit
scriptura insinuans tria: Creationem dispositionem ornatum. Pro
die creationem et quandam dispositionem. In secundo et tercio
dispositionem et in reliquis tribus
ornatum. De primaria mundi confusione
Terra autem erat inanis et vacua
materia mundialis adhuc erat
inutilis et infructuosa et vacua ornatu suo. Et tenebre
erant super faciem abyssi i. eandem
machinam quam terram dixerat abyssum vocat propter sui confusionem et obscuritatem. Unde et greci eam chaos dixit. Quidam vero dictum est tenebre erant quidam dogmatizaverunt et tenebras fuisse eternas quia iam si cum mundus fieret erant. Alii videntes deum necesse dicunt eum prius creasse tenebras
et lucem. Sed tenebre nil aliud sunt
quam absencia lucis. Obscuritas autem
quidam aeris a deo creata est et
dicta tenebre. Non in catholo-
go creaturarum dictum est Benedicite lux et tenebre domino.
Et spiritus domini i. spiritus sanctus dum
vel domini voluntas ferebatur
super aquas. Sicut voluntas artificis habentis pre oculis aliam materiam domus faciende super illam ferebatur. Quod quid de quo facitur est
tur. Dum predictam machinam aquas
disponit quia ductibile materia ad operandum erat quia ea Ideo sic vocantur
quia nunc in ea sunt principia elementorum nomine tamen censetur ille magis
putare accomoda / habilis et
per superferebat fovebat sicut avis
ova in quibus eius tu regimine
nascentes mundi nascitur vocat
mirum sicut locum male intellexit Plato dictum hoc putans de anima mundi. Sed dictum est
de spiritu creante. De quo legitur
Emitte spiritum tuum et creabuntur. De opere dei prime diei
Dixit autem deus fiat lux et
facta est lux i. tibi generaliter et erat ut fieret lux i. ita facile fecit ut quasi verbo diceret
lucem vocat quandam nubem lucidam
illuminantem superiores mundi partes

claritate cum tenui ut diffusio
fieri solet et hoc admodum solis
circumagitatur presencia sui supe-
rius emisperium et inferius vicissim
illuminabat Vel fiat intelligitur crea-
cio lucis in deo proposito fieret perfe-
cta est creacio eius in actu
sicut presensit adesse divisio diei ab nocte
Et vidit deus lucem quod esset
bona i. que placuerat in
presciencia ut fieret placuit in es-
sencia ut maneret tali tem-
pore vidit i. videre fecit Et
divisit lucem a tenebris Hic
incipit disposicio et tamen aliud dicit
de creatore quod cum luce tene-
bras creavit i. umbram et ob-
iectam corporum luci et creata
divisit locorum distancia et qualitate
ut sicut nunc sol sic lux ex regione di-
versa hemisperia vicissim hoc ven-
dicarent Intelligitur eciam hic angelo-
rum facta divisio stantibus luce
cadentibus tenebre Dicitur sic et ap-
pellavit lucem diem a dyan grece
quod est claritas Hic lux dicitur quod
luit i. purgat tenebras Tene-
bras dixit noctem a nocendo quia
nocent oculis ne videant Si-
cut tenebre que tenent oculos ne
videant Dicitur tamen dies a dy-
an exortum est greco ita nox
a nictan Et factum est vespere
Et per hoc finitum est mane et sic comple-
tus est dies naturalis unus Primo enim
cum celo et terra creata est
paulatim accedente factum est lu-
ce prime diei usuale Et ea
migrante sub terras et ad occidentem
veniente factum est mane i. tra-
ta est nox et inchoavit dies
secunda Itaque precedente luce
diei et sequente nocte terminata
extitit dies unus De opere secunde diei
Secunda die deposuit deus
superiora mundi sensibilia Em-
pireum enim creatum factum est sta-
tim depositum et ornatum i. scilicet an-
gelis repletum et fecit ergo ea
die deus firmamentum i. medium a-
erum i. quoddam exterius mundi sup-
ficiem ex aquis congelatis ad
instar cristalli solidatam
et pellucidam intra se cetera
sensibilia continentem ad ymag-
ginem testudine que in quo est

et in eo fixa sunt sidera Et dicitur
firmamentum non tamen propter sui soli-
ditatem sed quia terminus est aque que
super ipsum sunt firmamentum et
intransgressibile Dicitur eciam ce-
lum quia celat i. tegit omnia sen-
sibilia et cum legitur firmamentum
celi, firmamentum quod est celum ut
dicitur sol. Catholicus et propter sui gra-
machane grece dicitur uranon i. pa-
latium Vel dicitur celum quasi casa eliorum
quia sol sub ipso positus ipsum illustrat
Et ac in circuitu camacum
Phi[?] summitate ignis intellexit
Cum enim ignis non haberet quo a-
scendat circumvolvit ut in cliba-
no patet Ita et terra mundi ex-
tremam ignis volvit et hec est
ethereum celum Est et tamen
celum inferius quod aereum dicitur de quo
dicitur Aves celi comederunt illud
Quidam quintum suspicantur esse
celum super empireum quia lucifer
cum esset in empireo legitur dixis-
se ascendam in celum et in eo
dicunt modo esse Christum hominem
super angelos qui sunt in empi-
reo Hoc firmamentum divi-
dit aquas que sub ipso sunt
ab aquis que super ipsum De qui-
bus dicitur Qui tegis aquis superio-
ra eius et sunt sicut et ipsum
congelate ut cristallum ne igne
solui possint vel in modum ne-
bule vaporabiles Quidam ait
dictum est fiat firmamentum et
non factum est firmamentum
non superfluit quia sicut in do-
mo facienda Prius fit domus
in sua artifici fit eciam materia
cum levigant ligna et lapi-
des fit eciam essencialiter cum
levigata in structuram domus
deponuntur Ita eciam dicitur fiat
ad presciam dei refertur Et fecit
ad opus in materia et factum est
ad opus in essencia Illud post
die istud secunda die finitum est Et
cum hec diei opus bonum fuit
ut ceterorum tamen non legitur de ea
vidit deus quod esset bonum Tra-
dunt eciam hebrei quod hac die
angelus factus est dyabolus
Quibus consentire videntur quod
in secunda ferie missa de an-

et per deus fecit firmamentum

Cur vero ibi sunt deus novit non quidem autumat inde rorem descendere in estate

vel cantare consueverunt quod in
laudem sanctorum angelorum
tradunt secundo quia in signum
factum est hic quod binarius in-
famis numerus est in theologia quia
primus ab unitate recedit Deus
autem unitas est et sectione et
discordiam detestatur possumus
tamen dicere quod opus secunde diei
quod perfecit prophetia verum non commen-
dat nisi in tercia die quia post
sui consumacionem **De opere tercie diei**

Tercia die aquas sub fir-
mamento congregavit deus
in unum locum Que licet
plura contineant loca tamen quia con-
tinuantur in visceribus terre
in unum locum Dicte sunt congregate
et potuit esse ut aque que to-
tum spacium aeris occupabant va-
porabiles soliditate modicum ob-
tineat locum vel terra paululum
subsedit ut esset qua in mat-
re concludet et sic arida apparuit
quia latens sub aquis prius humus
dicta est sed cum apparuit arida
eadem dicta terra quia teritur pedibus
ambulancium vel composite ele-
menti Dicitur solum quia solida Dicitur
tellus quia tollat labores hominum
Congregacionem aquarum vocavit mare
hebreorum ydiomate quia omnes congrega-
ciones vocant maria Comple-
to ergo opere aquarum subditur
Et vidit deus quod esset bonum
et addidit aliud opus illi cum dicit
Germinet terra etc de ger-
minando tamen intelligendum est sed
de potencia quia potens sit ger-
minare Produxit enim de terra
herbam virentem et facientem
semen et lignum pomiferum
faciens fructum iuxta genus su-
um etc quia non per moras temporum
ut modo produxit terra plantas
suas sed statim in maturitate vel
... et herbe seminibus et ar-
bores pomis onuste sunt Non-
nulli quia cum dictum est virentem
quidam dicunt mundum in vere factum
quod viror illius temporis est et
fructificacio Alii quia legunt
lignum faciens fructum et addi-
tum herbam habentem semen fa-
ctum dicunt in augusto sub leo-
ne vel signo illo sed in marcio

factum dogmatizant Item
Non cum primo ait facientem
semen et addidit habens unumquodque
quia sementem quia sementis perum
dicatur dum adhuc est in seme-
tino semen vero vel sementum
cum seminatur seminium vero
seminatum Distinguuntur aliter
sementis frugum et arborum seme-
animalium semmum ... e...
dum Nec nos moveat quia in
disposicione elementorum nec aer
ne dispositus quia non est novitas
sed dispositus est cum liber ab aquis
novitatis formam accepit
De opere quarti diei

Quarto die que disposu-
erat cepit ornare de
rebus illis que infra uni-
versum quatuor motibus agentur
Plante enim quia terre sunt ad
disposicionem terre quia magis spectat
et sicut disposicionem sic et orna-
tum a superioribus inchoavit esse
Fecit enim ea die luminaria solem
et lunam et stellas Et dicitur sol
quia solus lucet vel nullus cum eo Lu-
na luminum una vel prima ut u-
na dierum vel una sabbatorum Dicitur
Sol et luna dicuntur magna lumina-
ria duobus et ex duobus vel non
solum quantitate luminis sed et corporis
et non tamen comparacione stellarum
sed et secundum se quia sol dicitur octies
maior terra et luna eciam dicitur
maior terra Lunam et stellas
voluit illuminare noctem ne nox
sine lumine minus esset indecora
Et ut operantes in nocte ut
naute et viatores solacium ha-
berent luminis Sunt enim quedam
animalia que lucem solis ferre non
possunt et de nocte pascun-
tur Nec sufficit sol lucere et
nubes lucida vel ea eius agit

Non mane in de-
serto Ethiopie a-
renoso ubi modico
impulsu venti vel
ueta itinerancium
vestigia complanat

quia illa te-
nuem et
insuffi-
cientem
lucem
habebat
et forte

non superiora illuminabat sicut
nec stelle nunc De illa a
nube tradunt quidam vel quidam recur-
rent in materiam Unde ...

fiat ut stella que apparuit magis
et columba in qua visus est spiritus sanctus
vel quia ipse solem constituit vel
quia de ea factum est corpus solare non
tantum ad decorem et ad usum huius vo
luit ea esse Sed etiam ut essent in
signa et tempora et dies et annos
ut scilicet signa sunt serenitatis et tem
pestatis vel ut ex ipsis fierent si
gna eventuum maiorum et quedam si
gna in mora. Plura habes que dicuntur
esse signa ut sidera tamen cum magna
diligentia signant O considerant ea
antiquitas tantum quod adhuc signant et
considerant ea homines ad designa
tionem temporum Non dicendum est ut gene
atici affirmant quod posita sit in signi
ficatione et opinionem morum a quibus status
vite nostre signent et madentur
Quidam docent experimentis que apo
telesmata vocant Non enim cre
dendum est de celo habes quod aliemus
a patre quam in celo est Quidam at sequuntur
tempora non est pretereundum quod tempora in
cipient esse tempora quia ceperunt cum
mundo Scilicet quia per ea fit quatuor tem
porum distinctio Sol quia descendens
ad capricornium solsticium hyemale
facit ascendens ad cancrum e

sinuale

stivale iterum utrumque quia pari ab utroque
distantia equinoctia facit vel
ibi endiadis in signa et tempora id est signa
temporum In dies Per dies multi
plices Dicitur de die naturali spacio xx
iiii horarum et de die usuali
etiam dies pro tempore non deviato et pro
nobis ut ibi in die illa stillabunt
montes dulcedinem In annos Et plu
raliter dictum est quia et annus multiplex dicitur
Hic dicitur quia per diversas nationes
sunt utique diversi anni distinctiones
magnum et mensis et planete a
nnos suos habent Scilicet primo eorum usum
secundum hoc dicimus Est enim annus
lunaris habens ccc quinquaginta quatuor dies Et est
solaris constans ex diebus ccc lxv
et quadrante id est sex horis Est bis
sextilis ex ccc lxvi Est embo
lismalis qui ccc lxxx dies excce
dit habens xiii lunationes Dicitur a
nnus ab an quod est circum quia in se re
volvitur Unde et antiquiores ante
usum literarum annum figurabant sub specie
serpentis cuius cauda in os eius
revolvebatur Et fecit deus duo luminaria
posuit deus ut lucerent in fir
mamento celi et illucerent terra
Si non sunt et dividant lucem

Ac tenebras Quidam ait luna
in plenilunio facta sit ex alia
prodition tristatione quia hec et
fundare in inchoatione noctis
In principio enim noctis non pausi
Hoc pari toto lenos id est ro
silene id est luna tunda Inde
mene luna in prenditur
pansilenos id est to quia sol facta
lunam quidam nos plenilunium est mane
appellamus in oriente
et facto vespere lunam factam esse in ini
tio noctis et in oriente voluit
tamen quidam quod mane similiter sit facta
sol in oriente luna in occidente et
sole occidente luna sub terra redit
ad orientem in inchoatione noctis

De opere quinte diei

Quinta die ornavit deus
aerem et aquam volatilia Dixit
aeri natalia aquis et utraque ex aquis
orta sunt Affinalis enim est trans
itus aque in aera tenuando et
aere in aquam spissando pisces vero
moyses reptilia quia impetu quodam
totos se rapiunt ut serpentes
quia non feruntur pedibus ut fere Non
quod ex hoc quod dictum est volatilia
super terram erravit plato qui de
scendens in egiptum libros moysi
legit et putavit moysen sen
sisse volatilia esse ornatum aeris
tantum citra terram Ornatum vero
aeris superioris esse calodemones
sed non est ita Boni enim demones
ut dictum est sunt in empireo
mali post in hunc aerem caliginosum
detrusi sunt ad penam non ad
eius ornamentum

De opere piscium et avium

Creavit quoque deus cete gran
dia id est plasmavit Cete
nomen generale in declinabile Declina
tum hic cetus ti et omnem animam
viventem atque motabilem quam produ
xerant aque Motabilem Aut
dicunt animam piscium et avium re
ctius vero hanc Ipse enim movientur
decesse ad non esse ista non quia spe
tua est vel quia forsitan aliam
non habent ipsam animal vero animal id est
vivens Unde et greci dividunt
animalia per zoa et sichea Zoa
id est viventia animalia bruta scilicet siche
a animata a siche quod est anima
vel alia scilicet Et dicit creatum mobile
quia creatum est sic ut moveret

de vita ad mortem quia non
hoc quod creatus est ut non moreretur
si vellet Illa vero sunt creata
ut vel in esum cedat aliis vel
servis deficiant Augustinus videtur
velle quod pisces habent animas dicit
enim eos habere memoriam Ait enim
fonte esse in bullensi regione
plenum piscibus qui cum hominibus
supergradientibus congregati natando
eunt et redeunt et stant cum
stantibus expectantes ut aliquid eis
iaciant quod sic consueverunt ab
hominibus stare Hic bene dixit deus
Crescite et multiplicamini De orna-
tu terre et opere sexte diei
Sexta die ornavit deus
terram Producat enim terra terra
genera animalium iumenta re-
ptilia bestias Fecit enim deus
homini propter peccatum casurum in penam
labore ad remedium laboris de-
dit ei iumenta quia iumenta ad
opus vel esum Reptilia vero et
bestie sunt eius exercitium Repti-
lium sunt tria genera trahentia ut ver-
mes qui se ore trahunt sus-
pensa ut colubri qui in cauda
cum se rapiunt repentia pedibus
sicut lacerte et genus serpentis et
botrace Dicuntur autem bestie quasi va-
stie a vastando et seviendo
ledendo Questio
Queritur de quibusdam minutis ani-
matibus que vel ex cadaveri-
bus vel ex humoribus nasci so-
let si tunc creata fuerint Quorum
sex sunt genera Quedam enim ex
alacionibus esse habent ut bibiones
ex vino palpiones ex aqua
quedam ex corruptione humoris
ut vermes in castaneis que-
dam ex cadaveribus ut apes ex
iumentis scrabones et musce
grandes que sonant volatu
et scarabei ex equis quedam
ex corruptione lignorum ut
teredones quedam ex corrup-
tione herbarum ut tinee ex
oleribus quedam ex corruptione
fructuum ut gurguliones ex
fabis De hiis dicitur quia ea
que sine corruptione nascuntur
ut illa que ex alacionibus
tunc facta sunt Que vero
ex corruptionibus post peccatum
et rebus corruptis orta sunt
Questio

Queritur quod de nocivis animantibus
si creata nociva sunt vel
primo innocua post factum sunt ho-
mini nociva Dicitur quod post factum
sunt nociva tribus de causis propter
hominis puniendum correctionem
instructionem Puniunt enim homo cum le-
ditur hiis vel cum timet ledi
propter que maxima pena est Cor-
rigitur hiis cum scit ista sibi accidisse
pro peccato suo Instruitur admira-
ndo opera dei magis admirans
opera formicarum quam onera came-
lorum Vel cum videt quod minima
posse sibi nocere recordatur fra-
gilitatem sue et humiliatur Sed
dicetis quod quedam animalia ledunt
alia que nec inde puniuntur vel
corriguntur vel instruuntur Sed in
hiis instruitur homo per exemplum eci-
am ad hoc creata sunt ut aliis sint
in esum Sed iterum dicetis quod et
in mortuos homines seviunt Sed
et in hoc instruitur homo ne aliquid genus
mortis horrescat post quecumque me-
atus transeat ne capillus capitis
eius peribit Questio
Ad hunc modum solet queri de
herbis et de arboribus infru-
ctuosis si in illis diebus orta sunt
cum scriptura non memorat nisi herbas
seminales et arbores fructife-
ras Vel dicitur quod infructuosa ante
peccatum fecerunt fructum aliquem
post peccatum vero nascuntur hominum
ad laborem magisquam ad utilita-
tem Vel post peccatum orta sunt
quia post dictum est homini Spinas
et tribulos germinabit tibi Vel
quecumque terris habent faciunt fru-
ctum in utilitatem manifestam vel
occultam Quod vero avibus
et piscibus dictum est Crescite
et multiplicamini et de hiis intel-
ligendum est licet non sit dictum
hoc est enim communis cum creacionibus
eorum De creacione hominis
Deinde subditur de crea-
tione hominis sic Faci-
amus hominem etc et loquitur
pater ad filium et spiritum sanctum
Vel quia vox communis trium personarum
Faciamus et nostram Factus est autem
homo ad ymaginem dei quantum ad
animam Sed ymago dei est

i. essencia eius et ratione quia spiritus
est et racionalis ut deus Similitudo
virtutibus quia bona iusta sapiens
cum ymaginem contraxit homo
quam illam habet etiam peccans
Similitudine vero sepe privatur
Masculum et feminam creat
eos Hoc refertur ad corpus in
dicit creasse preter animas animam eos
at dicit pluraliter ne androgeos id est her-
mofroditas putaremus factos
hanc enim corpora sunt Homo
adamus ad ymaginem dei cui
deus hominem sublime dedit ut de-
um et celestia videat et imi-
tetur Unde cum quesitum fuisset
a philosopho ad quid factus fuisset Re-
spondit ut contempler celum
et celi numina Dedit autem
homini deus ut preesset ceteris ani-
malibus In tribus ergo notatur
hominis dignitas Primo quia non
solum factus est igne sua
ut predicta sed etiam quia ymago
dei est Secundo quia cum de-
liberatione factus est In aliis si-
dem operibus dixit et facta sunt
In hoc tamen intra se deliberan-
tes persone aierunt faciamus
Tercio quia dominus statutus est animalium
ut essent ei quem futurum
mortalem deus sciebat In ali-
mentum et laboris adiumentum Omni
primum enim herbas et fructus ar-
borum dedit deus in escam ~~deus~~
hominibus et animalibus Et quod
in escam inde colligitur quod
ante peccatum nil noxium et steri-
le terra produxit Et non quod
in maximis ut in feraminibus perdi-
dit homo dominium ut sciat
se amisisse et in minimis ut in
muscis etiam perdidit ut sciat
vilitatem suam In mediis autem
dominium ad solacium et ut sciat
se habuisse Et benedixit eis
deus sic

De institucione coniugii

Crescite et multiplicamini Quia
sine coitione eorum fieri
non potuit Patet quod deus con-
iugium viri et mulieris instituit In
quo confutantur quidam heretici
dicentes coniugium sine peccato fie-
ri non posse Sed queritur quare

an post peccatum date sunt homini esce
cum esset immortalis quia illa immor-
talitas in qua creatus est cibis e-
rat sustentanda nec erat qua-
lis illa que futura est que ci-
bis non egebit Illa enim erat
posse non mori et posse mori
hec erit non posse mori Et vidit
deus cuncta que fecerat Et e-
rant singula per se bona sed in uni-
versitate erant valde bona Si-
cut oculus in animali pulcrior est
quam separatus Vel erant omnia val-
de bona universitatis bonorum
erat optima quia que mala sunt
per se ut ~~vasa~~ vasa in contumeliam
tamen aliis sunt in utilita-
tem Ipse vero est summum bonum De
homine vero cum de ceteris dixe-
rat non dixit et vidit quod
esset bonum quia in primo sciebat
lapsurum Vel quia homo nondum
perfectus erat donec ex eo fieret
mulier Unde postea legitur
Non est bonum hominem esse solum

De requie sabbati et sanctificacione — C. ii

Igitur perfecti sunt celi et ter-
ra Conclusio est hic operis
quod creati disposita ornata igitur
perfecti Et quia in senario facti
qui primus numerantibus perfectus di-
citur quia ex partibus suis aggrega-
tis reddit eandem summam
quia in unitatibus
partes illas in
dividitur quia est quidem
assignare partem que
tantum sit in eo sicut
enim senarius ex
uno et quinque constet
et ex duobus
et quatuor tamen
quanta sit eius pars
maior aut quinque
dici non potest

in ceterum
Et complevit
deus opus
suum die
vi° quod
fecerat
Alia translacio habet
vi° et hec
obiectio
nulla est

Sed hebrayca veritas habet vii°
Et ideo queritur si complere est
finale quid sequitur operibus facere
quo verum est quod sequitur
Requievit deus die septimo
etc. verum est Quia diem se-

ꝯtinuu feat et ipe eam bene
dixit et pg requieuit ul ꝯpleuit
i ꝯpletu ondit tum nl in eo feat
et tūc requieuit ab opacoīb
nouis Nichil em pg feat q tūc
no fecisset mām ut corpm ul silitu
dnie ut quarum Non em qi fessꝯ
dr qeuisse sꝫ qr cessauit Sicut
in ysaya dr q seraphym reque
no habebat dicentes Sanctus scūs
scūs i. no cessabant Vel requie
uit ab opibus et no in opibus i. no
eguit opibg suis et dictu e qr ne
gatiue Vel requieuit ab opibus
suis in seipo i. a mutabilitate o
pm eius in imutabilitate appuit Na
stabilis ꝙ manes dat cuncta mo
ueri Qd at dr ab omi opere
qd patrarat intut ea opus qd
nondu fecerat a q no quiescat
Tria em opa fecerat Creauit
disposuit ornauit Quartum o
pus ꝓpagacoīs no desiit opari
Quintum faciet qn preciget se
et transiens ministrabit Se in tempore
precipue quiescat Et benedixit
diei vijo i. sctificauit eum i. sanctu
et celebrem eum esse voluit Vnde
etiam ab aliqbg nacoīb an legem
eciā sabbatum dr fuisse obseruatū
hunc obseruacōm et in lege eciam
dixit sctificacōm ibi Memento
ut diem sabbati sanctifices
Iste sunt gnacōes celi et terre
Quidā hic tminant opa sex
dierū Quidā ibi cognouit Ada
uxorem suā Aly ibi hic e liber
gnacōnis Ade pretermisso at
qd dubiu est litte in istam Cta
creacōne maris et femine sil
dixerat que tamen sil facta
non fuit Post explicat q sub
breuitate incluserat recapitulat
eciā de reliquis Gnacōnes
at sunt dici actiue i. opacōnes
dei ul passiue i. gnata Non
e ptermindu qd ait ꝯfecit se
ugultu anqꝫ oriret i terra z
herbā priusqꝫ germinaret cum
supius dixerit virgultum ꝯcito
factum statim adultum et ha
bens fructum et herbā ortam
et fientem semen Ad qd dicit
fuisse duos modos opacoīs
dei ut dictum est matem s et
essencialem ꝯfecit ergo ca
malitex priusqꝫ orirentur z

germinaret essencialit Vel alit
qd innuit sequens lra cum dr Non
enim pluerat dominus sup terra z ꝯse
et aquidem tūc illa ꝯfecta et ꝯse
cta priusqꝫ orirentur et germina
rent ut nūc facuit cu paulatim
beneficio roris infusi z labore homi
adhibito ad ortum et ad matuu
tatem pueniunt Tūc em fons
unus irrigabat terra ut Nilus
egyptum vicissim p ptes diuer
sas Sicut creditur iordanis an
submisione irrigasse totam Penta
polim vicissim sicut et de qbgdā
fontibg Dicit Augg q mira vi
cissitudine totam quandā regionem
irrigabat ne sil totam simul ter
ram tūc fonte irrigatā dicimus
diluuiū fuisse Dicatq vel q
legitur ibi fons et no vnus multi
tudine innuit ut ibi uenit locusta

De formacōe ꝓtoplasti

Formauit igit dns deus ho
minem de limo terre Hic ꝓ
uocat deum dum qr tūc prime
habuit seruu pg recapitulacōe
de utriusqꝫ homis formacōe dif
fusig agit et prius de viro Et
qr due sunt homis ptes de vtra
qꝫ agit Ad carnem em spectat
qd dr formauit hominem de lio
terre ad aiam z inspirauit etc
q.d. Corpus fecit de terra ai
ma de nichilo Alia translacō hꝫ
insufflauit ul sufflauit qd no
e incongruū de deo ut quidā pu
tant ut fauces et spm no habeat
Dr em inspirauit i. spm fecit
Sicut insufflauit i. flauit i. aiam
fecit Vnde in ysaya Omne fla
tum ego feci Quod at dicitur
in faciem ꝓsynodochen i. apte
totum intelligitur totum em homēz
creauit sꝫ faciem tāq dignorem
ptem qr sensuū capacem solam
nominauit Eandē at aiam eciā
spiraculū vite vocat qr p eam spi
rat homo et viuit Et pg dicit
aiam viuentem in se i. in pretu
vite ꝓuatem no motabilem
ut aiaz pecudis hunc locu no
sane intellexit plato dicens
deum aiam creasse sꝫ angelos
corpora formasse ibi Dii deo
rum quorum opifex pater q ego
Qd a qd asserunt aiam de
diuina essencia facta stare

no pt qr tur nullo mo possz pera
re Alij destringunt inter spiraculu
vite et aiaz dicentes spiraculum
vite spm sctm qua eadem hora fuit
datu asserunt ad prophetizandum A
lij aut distingunt. Spiraclm vo in
tes quendam spm corpeu in corpe
aialis q' cum qualitz sensu opatur
i eo qui etiam paulatim extinguit
i eo. et du incitur aial in aqua
pte corporis adhuc sentiunt ille
cum in alia extinctus sit Effectus
e at homo in illa etate mortalis
et imortalis potens mori et potens
no mori et aia corpi post formato
infusa Sz quit verum in ipso
corpe dum infunderetur creata
uel ex creata sit et datum sit ei
nalit' uelle incorpari quamvis cia ille
ld actum sit De post creatis dicit
q in ipis corpibus dum infundunt
creant

De paradiso et lignis paradisi

Plantauerat aut dns deus paradi
sum voluptatis a principio
quasi quereret aliquis remansit ho
in illo loco ubi factus e in agro se
damasceno. no ubi ergo translatus
e in paradisum qr deus die tercio
plantauerat. i. plantis aptauerat
paradisum s. herbis et arboribus a pri
ncipio creacionis scilicet cum apparuit arida
et germinare terra fecit vel
a principio. i. a prima orbis pte in
transmarina fuit paradisus in eden ad
orientem Eden hebraice latine
delicie Est ergo idem paradisum
voluptatis quod paradisus in Eden
i. in deliciis A principio idem e
quod ad orientem Est enim locus
amenissimus longo maris et terre
tractu a nra habitabili secretus
a deo editus ut usque ad lunarem
globum attingat Unde et aque
diluuij illuc no puenerunt Est
etiam paradisus celum empireum
et dr spualis qr regio est spiritus
Dr spualis paradisus eterna vita be
ata uel Eterna. produxit qr deus in
paradiso de humo diuersa ligna in
quibus delectaret homo videndo ede
do et sustentaretur Produxit
quasi i. procul in altum duxit Et
pro homine eduxit In medio quasi e
trum dignioris posuit lignum vite
et lignum sciencie boni et mali Di
ctum e aut lignum vite ab ef

fectu quia sumit naturaliter ut comestum
spuus hominem perpetua sa
nitate firmaret ita ut nulla inf
irmitate ul senio ul anxietate
i defectus ul in occasum laberet Li
gnum vo sciencie boni et mali dictum
e ex eo quod sequitur e ex eius
comestione Prius enim nesciebat
homo quod esset malum qr nondum ex
pertus Bonum dicas sanitate et fir
mitatem malum vo egritudinem
et imbecillitate que nondum sen
serat Cognouerat quidem per scienciam
qr ex uno contrario cognoscitur et
et reliquum sz no per experienciam
ut medicus dum sanus est nouit
morbos sz cum egrotat magis co
gnoscit qr nouit et sentit Si
cut de puero delicate nutrito dicitur
qr nescit quid sit malum primo no
dum nouit quantum sit bonum vel ma
lum dr inobediencia bonum obedi
encia qr post comestionem nouit
quantum erat bonum obediencie et
quantum malum inobediencie Pla
to no putans hoc prouisse queuite
arboribus utrumque hic de homine
dictum estimauit qr viuit et e
sciens bonum et malum et dixit ipm
potuit lignum i. corpeum ad dram
spm q' viuit et sciunt bonum
et malum In medio vo positum
tradidit qr homo e medius inter
creatorem sup se positum et sensi
bilia sub se posita Discretam
vo illius hominis fuisse creacionem
a creacionibus homini reliquorum dixit
pro illa dua addita s. vite et sciencie
boni et mali Sicut enim in sa
na figura prius e truncus integer
et post in summo bonum sic homo in
in primis etatibus qui tamen viuit no
utens viribus ad intelligenciam da
tis sz cum venit ad annos discre
cionis et discernit inter bonum
et malum Et sunt tunc primum
bona eius opa ul mala sz non
ita factum est in Adam primo cui
vita data e ei et sciencia boni et
mali q. d. factus e homo corpe
us subditus deo preceptis obtemperantibus
et sic vixit et sciuit bonum
et malum

De quatuor fluuiis paradisi

e T fons ul fluuius egrediebatur
tur ad irrigandum paradisum i.
ligna paradisi et fons pt

intelligi vel abissus .i. matrix omnium aquarum vel per fontes per sylensim Irrigare et positum est per ministrare humore Dicitur enim terra cauernosa humectari a fluminibus per ... .i. per vias subterraneas vel meatus stadijs quatuordecim aut xvi qui fons diuiditur per quatuor flumina Unum dictum est Phison qui et a Gangaro rege Indie dictus est Ganges et interpretatur Phison secundum Ysidorum caterua quia x flumina recipit vel mutatio oris quia mutat a facie quam habet in paradiso Mutat eam secundum diuisa loca tribus modis in colore quia alibi clarus alibi turbidus In quantitate quia alibi paruus alibi diffusus In sensu quia alibi frigidus alibi calidus Hic circuit terram Emlach .i. Indiam India et trahit a venas aureas Alius Gyon dictus est Vel Egyon qui et Nilus et sonat hyatus terre vel terrenus Quia turbidus est hic circuit Ethiopiam Alii duo primis nominibus vocantur Tigris et Euffrates Tigris animal est velocissimum et ideo fluuius ille a sui velocitate tigris dicitur equiuocatur est hic vadit contra Assirios Et dicit Josephus quod Tigris dicitur Diglat quod sonat vel acutum vel angustum Euffrates frugifer vel fructuosus de quo per quas transierit regiones quia notum tacuit moyses quia est in Caldea vnde venerat Abraham Hec quatuor flumina ut dixerimus ab eodem fonte emanant et separantur et iterum quidam inter se commiscentur eorum et iterum separantur sepe et alia absorbentur et locis in pluribus iterum emergunt Inde est quod de ortu eorum plura leguntur Dicitur enim Ganges nasci in locis cantasi montis Nilus non procul ab attlante Tigris et Euffrates ex armenia

De prohibitione edulij et precepto

Tulit ergo deus hominem de loco formationis sue in paradisum ut operaretur ibi non tamen laborando et ex necessitate sed delectando et recreando et sic deo custodiret illum homine seu vel utrumque refertur ad hominem ut scilicet homo custodiret paradisum et operaretur ut dictum est Quidam codices non habent illum et tunc est sensus et custodiret .i. consideraret homo opus suum ut quid faceret in terra per agriculturam et obseruaret in se per disciplinam ut sicut terra ei sic ipse obtemperaret suo cultori Precepit quoque ei dicens etc Ut sciret se homo sub domino preceptum accepit a domino Omnis autem iussio in duobus est In preceptione et prohibitione Et ideo utroque vsus est dominus Precepit ex omni ligno paradisi comedere prohibuit de ligno scientie boni et mali ne comederet Et data est viro ut per virum eciam ad mulierem transiret Vel forte est per ocupacionem quia facta mulier utrique datum est Subdit et penam si contempnet Quacumque die comederis morte morieris morte scilicet anime et necessitatem mortis habebis Unde alia translacio habet planius mortales eritis Hec plures ponunt Quacumque die comederitis morte moriemini Quod creditur a quibusdam utrumque dictum et hoc preoccupatio est facta est autem hec iussio per aliquam creaturam subiectam sicut et nobis per prophetas et angelos

De imposicione nominum animalium et formacione mulieris

De diuersis translacionibus sed dicimus Ante incarnacionem domini annis ccc xl interpretes floruerunt temporibus Ptolomei Philadelphi lxx Post ascensionem domini annis c xx Aquila primus interpres ex hebreo in grecum floruit Adriano regnante Deinde post annos l Commodo regnante Theodocio Deinde post annos xxx sub Seuero Symmachus Deinde post annos ... va edicio est vltima est muetava que quia auctor eius ignoratur vulgata dicitur Deinde post annos c et viii sub Alexandro correxit lxx cum Arceiso et Nelo Postea sine hebreis transtulit ... de hebreo in grecum transtulerunt Quia et de greco in latinum plures In primitiua ecclesia facti utriusque lingue de greco in latinum cum edicio non

ubicumque fuat a nobis **Hoc spectat supra**

Dixit quoque deus Non est bonum
esse hominem solum faciamus
ei adiutorium ad procreandos liberos
qui sit simile illi Similia enim de si-
milibus nascuntur Sed ne vi-
deretur ade suppellex mulieris
ipso putati sicut in animantibus esse
simile Ideo adduxit deus ad adam
cuncta animancia terre et aeris In qui-
bus intelligenda sunt et aque
animancia apte totum uel inclusa
sunt terre quia etiam que de aquis
aliud sunt terre in se Vel porro
pisces postea ab hominibus sunt cognita
et nominata Quod patet quia equi-
vocant animantibus terre qui similes
huius deprehensi sunt Afferat autem
ut omnia simul veniret eo nutu
quo omnia creavit vel forte facta
est per angelos Adduxit ad pro-
ducenda ut imponeret homo eis no-
mina in quo ostenderent eum preesse
et sciret Adam nullum in illis
similem sibi Et imposuit eis nomina
Adam loquens lingua hebrea
que sola fuit ab initio Quod
inde pendet quia nomina que le-
guntur usque ad divisionem lingua-
rum hebrea sunt Et non
inveto simile sibi Immisit deus soporem
in Adam non sompnum sed exta-
sim in qua dicitur superne interfuis-
se curie Unde euigilans pro-
phetavit de coniunctione christi
et ecclesie et de diluuio futu-
ro et iudicio per ignem ubi et co-
gnouit et liberis suis esse in-
dicat **De sompno et formatione mulieris**

Cumque obdormisset tulit unam
unam de costis eius carnem
et ossa et edificauit ministerio
angelorum illam in mulierem de
carne carnem de osse ossa
faciens Et statuit eam ante
Adam qui ait Hoc nunc os
de ossibus meis et caro de car-
ne mea Hoc adverbium nunc
iudeos traxit in errorem ut
dicant aliud prius factam de qua
dictum est masculum et femi-
nam creavit eos et non secun-
dum quod dicit Adam Propter mulier
de limo facta est mecum sed hec
non de carne mea Etiam

Pro id est de
paradiso
principa
liber est
liber in
quo dicitur
Genesis
dicitur
...
adiungitur
id est acte
pro decem
minibus
patet de
...
in terra
pro ...
passis
...
...
...
...

Josephus dicit Mulierem esse
factam in paradiso cum viro trans-
lata dicens In hunc ortum intro-
duxit Adam et uxorem eius pre-
cipiens plantationis sue sollicitudi-
nem et ex duabus uxoribus ade
fingunt interminabiles genealo-
gias sed ex ipsa textus conuinci
videntur In quo est singulariter
est sermo de eius uxore Nota quod
de formatione mulieris agendo
de corpore tantum dictum est Unde qui-
dam ideo tacitum esse volunt de
anima ut daret intelligi sic tradu-
cta animam mulieris de anima viri sic-
ut carnem de carne Augustinus et-
iam hesitare videtur quid sen-
tiendum sit de anima an est ducta
sit an ex nichilo Sed dicit ipsum
quod tacitum est de anima Porro
si eos est Si enim fuit anima mu-
lieris educta aliter facta est quam a-
nima viri que de nichilo et
si aliter fiebat taceri non debu-
it ne sic facta putaretur ut iam
audieramus de anima viri Itaque
tacendo innuit non aliter factam
esse quam didiceramus prius

De nominibus mulieris

Et imposuit Adam uxori
sue nomen tamquam dominus
eius et ait Hec vocabitur vi-
rago id est a viro acta Et est
sumptum nomen eius a viro non
ut materia de materia supra
fuerat etiam in hebreo denomi-
natio hec est Is enim vir dicitur
inde denominatur Issa ut a vi-
ro virago Hoc nomen illius
mulieris proprium fuit Nunc
autem est commune et equiuoca-
tum virgo Virgines quidem
sunt in integritate naturalitatis
sue postea facte dicuntur mu-
lieres Sicut hoc nomen Adam
id est homo illi proprium nunc vero commune
Etiam Adam sonat rubeus
vel rubra terra quia secundum Jose-
phum de rubra terra conspersa
factus est Talis enim est ut
ait virgo Tellus et vera terra
adhuc erat virgo erat quia
nondum corrupta opere humano
Nec sanguine infecta Vel
rubea id est animata quia sedes anime

i. sanguine est. Vel rubea sim
quod futura erat i. sanguinea i. pec
catrix. Sanguinis enim nomine sepe
designatur peccator ut ibi. Vestienda
peccatum sanguine et sanguis sangui-
nem tetigit. Et imposuit ei aliud
nomen Eva. s. post peccatum quod sonat
vita eo quod futura esset mater omnium viuen-
cium. Tamen quod non legitur hoc impo-
suisse, sed infra post maledictiones.
Forte quia plangens hominis miseriam
dixit eam evam quasi alludens
eiulatui puerorum. Masculus enim
recens natus eiulando dicit a. Mu-
lier vero e. quasi dicat. Omnes dicent e. vel
a. quotquot nascuntur ab eva.

De prophetia ade.

Imposito nomine facto prophetauit
dicens. Quapropter. s. quia de
viri latere est relinquet homo
patrem et matrem suam. s. propter u-
xorem suam et adherebit uxori
i. sue tamquam porcioni sue. Vel
ad hanc rem de hac re demon-
strando uxorem suam dixit i. propter
hanc mulierem relinquet homo. Et
Et hoc fit quotidie a viris. Vel ma-
gis intelligendum sic relinquet
i. non ingetur ei in matrimonio
hec duo in lege. Tamen in Evo
plures persone amouent a coniugio
Patrem et matrem propter hanc. s. coniugium re ho-
mo pa et matrem ut relinquet co-
tare corporaliter. Vel spiritualiter
Quia maior est zelus in uxorem
quam amor filiorum in parentes. nec
dico parentes in filios. humor enim
ascendit de trunco ad ramos. sed
non redit. Et ibi non dicit. pater
non relinquet parentes et filios. et
erunt duo in carne una i. vnie-
tur ambo in vno carnali opere. Vel
erunt duo in vna carne puerperi
gignenda non ex sanguine
vno, sed ex sanguinibus creatur
proli caro. vel licet sint duo
personaliter erunt tamen in coniugio
vna caro. In alijs duo quia neu-
ter potestatem sue carnis habet.

De suggestione demonis

Erat autem uterque nudus. nec
erubescebant. nil putabat
erubescendum quia nil senserat re-
uelandum. Sicut enim erubescimus
frenandi. Sicut Capus magnus pe-
si quis videt. Capus magnus pe-
des nudos. inordinatus enim mo-
tus membrorum ipsa facit pude-
da. Sic eciam pueri si videa-
tur pudenda eorum non eru-

besciunt. quia beneficio etatis motum
erubescibilem nondum senserunt.
Quam pudibundus est quia inordinatus quia
non sine peccato fit in raro, sepe pluribus
excusabilis. nec tamen decorare
propter appetitum vel rubore pre cauere
Unde cum senex Zacharias sanctam
Elizabeth cognosceret, ad gigne-
dum sterilis pauidiore domini tamen videri
nollet. Et secundum quibusdam visum est
deum precepisse utrique de ab-
stinencia pomi licet preoccupatio
fit. De Statu ante peccatum Ciij
Serpens erat callidior cunctis
animantibus terre et natura et ma-
lencies quia plenus erat demone.
Lucifer enim deiectus a paradiso spiri-
tuali inuidit homini quia esset in paradiso
corporali sciens si faceret eum trans-
gredi quia et ille eiceretur. Timens
vero deprehendi a viris iuxta quod pro-
vida est ei eam in virum flecti ho-
minum et ad hoc serpentem
gressus est mulierem et hoc per serpen-
tem quia tunc serpens erectus erat
ad huc ut homo quia in maledictione
prostratus est et adhuc ut tradunt
prostratus est et adhuc ut tradunt
pharees erectus incedit. Elegit
eciam quoddam serpentis genus ut
ait Beda. virgineum habens vultum
quia similia similibus applaudunt. et mo-
uit linguam eius ad loquendum. s.
tamen nescientis sicut et per fanaticos
et inergumenos loquitur nescien-
tes et ait. Cur precepit vo-
bis deus ut non comederetis de o-
mni ligno paradisi i. ut comederetis de
ligno sed de omni non. Querit ut ex
reprehensione inueniat occasi-
onem dicendi ad quod venerat.
Et sic factum est. Cum enim quasi dubi-
tando dixit mulier. ne forte mo-
riamur. quasi dubitans ad qualem partem
tem de facili flectitur. securus de
impetratione ait. Nequaquam morie-
mini. primo deus nolens vos ei
similari in sciencia. et sciens quod cum come-
ditis ex ligno hoc. eritis sicut
dij scientes et malum quasi in-
videns prohibuit. Et elata mulier
uidens simulari deos. acquieuit
volens.

De esu pomi et statu post peccatum

Vidit quod mulier post quod lignum esset
ad vescendum visu i. mundum et
pulchrum visu i. mundum et
odore uel tactu notans quod ad
vescendum suaue comedit, dedit
pro viro. forte promones verbis per-
suasibilibus quod est sit legislator be-
suasibilibus quod est et ei facile ac-
uitatis cum eum et ei facile ac-
quieuit quia cum crederet eam sta-
tim morituram. inire vbu domini

et vidissz non fuisse mortuam a
dyabolo estimauit dictum tantum ad ter
rorem et comedit et aperti sunt
oculi eorum i. visi ita quid pre
parauerunt quod non ante sz deinceps
nuditatis vel non de oculis
corporis intelligendum. Et cum di
ctum sit vidit mulier lignum etc. Non
enim accesserant ad lignum quasi pal
pones sz oculos eorum diuina
concupiscencia et cogitatione eius. Erat
enim in eis naturales motus concupiscentie sz
repressi et clausi ut in puele usque
ad pubertatem et tunc tempus re
uoli aperti ceperunt moueri et
diffundi. Ab eum post esse in se
non sensisset tunc experti sunt et
cognouerunt eos. Et sicut inobedi
entes fuerunt suo superiori Sic et me
bra ceperunt moueri contra suum superius
i. racionem et primum motum concupiscentie con
tra racionem senserunt in genitalibus.
Et sua moueri contra se videntes eru
buerunt. Vnde et illa dicta sunt pude
da quia cetera membra ad nutum hominis
stant aut mouentur pudenda non
quia hec est porta propaginis inobedien
cia membrorum quasi signum inobediencie
parentum. Scriptum est in porta et
cognouerunt se nudos i. deinceps pu
denda. Iosephus dicit sciam
cognoscendi se nudos et intellige
di confusionem suam habuisse et
esu ligni quod hunc effectum naturaliter
continet. dicens illa namque plantacio
acuminis erat et intellectus

De maledictionibus serpentis mulieris et viri

(C)onsuerunt sibi perizomata i.
succinctoria quasi braccas breues
ut campestria. Nec sine cau
sa de folijs ficuum quia de succo eo
rum si terantur caro hominis nimi
um statim sentit ibi pruriginem
ut quasi per hoc ostensum sit quia pruri
ginem voluptatis iam senserant in
carne. Hinc quidam dicunt ficum fuisse
arborem prohibitam. Et audierunt
vocem domini deambulantis ut ex
suo ipso motu iam videtur eos ar
guere quia non steterant in precepto
loquebatur ad prothoplastos creatura
eis et absconderunt se a facie domini
in medio ligni. Vocauit quia dominus vi
rum sz cui dederat preceptum et
increpando non ignorando ait
quasi vide in qua miseria es. Qui ait
abscondi me quia nudus eram. Stul
ta responsio quasi displiceret nudus qui
talis fuerat factus. Et ait dominus
Quis enim indicauit tibi nisi quia
de ligno comedisti. Ille vero
non humiliter confitens sz pec
catum in auctorem retorquens ymo
et in ipsum datorem mulieris ait
Mulier quam dedisti mihi sociam dedit
mihi de ligno et comedi. Et ad mu
lierem ait Quare hoc fecisti. Nec
ipsa se accusauit sz obliquauit peccatum
in serpentem. Tercio vero in ma
iore serpentem. Serpens vero non inter
factum est Gedeon et omni domui
eius in ruinam per Ephot quod
non est dignius indumentum pontifi-
cis intellige quod Gedeon fecerit et
alia indumenta pontificalia et
fecit in Effra tabernaculum et in-
altare preter illud quod erat in Sy-
lo Et factus sacerdos immolauit
super illud hostias domino Quapropter
offensus dominus omnem domum eius
fere deleuit Habuit enim lxx
liberos de vxoribus et vnum na-
tum Abimelech de concubina
Sichima qua habebat in Siche-
m Hic occidit fratres suos omnes pre-
ter vnum Et quieuit terra per xl
annos quibus prefuit Gedeon
Qui mortuus est in senectute pe-
na et sepultus in sepulcro pa-
tris sui in Effra Incidencia

Temporibus Gedeonis Mer-
curius inuenit syringas
i. fistulas cantatorias trahens
hoc nomen a syringa uel a re-
tractione armonica que per mi-
rum armonie a vita sua re-
cesserat Inuenit etiam siram
hoc modo Repperit Concham testu-
dinis mortue et putrefactam cum
neruuli arentes et extensi in
ore Conche ad auram tenuem
sibilum reddebat Incidens est an-
tiquis fuerit iste Mercurius vel
Hermes antrimegistus philo-
sophus Et Mercurius maior Erat enim
an Mercurius Legitur fuisse iam Josephus
tira condita ante templum
Jerosolimorum annis c et xl
Dedalus autem fecit metal-
linas argenteas quas volare fe-
cit artificiose spiritu incluso Le-
gitur eciam fecisse simulacra mo-
uencia Ymago enim omni pede
statuarum a se mouerentur fabri-
ut aliquis coniunctim eos fabri-
catibus Qui cum filio naui

fugiens propter investigabilem
fugam per omnes aviolasse, estimatus
est Argonautarum historia fuit
et Orpheus clarus fuit et Linus
discipulus fuit Museus. Linus
magister Herculis claruit. Minos
Cretensibus creditur legem dedis-
se. Ab plato negat hydra-
do calidissimam fuisse Zephi-
stria asserit plato

De abimalech

Post mortem Gedeonis fi-
lii israel fornicati sunt cum
baalim nec fecerunt misericordiam
cum domo Jerobaal. Ascendit
autem Abimelech in Sichem ad
omnem cognationem matris sue et
ait Considerate quia os vestrum
et caro vestra sum. Loquimini ad
omnes viros Sichem. Quid vo-
bis melius est ut dominentur
vobis lxx viri filii Jerobaal an
dominetur unus vir. Et locuti
sunt de eo ad omnem populum et i-
nclinaverunt cor populi post Abime-
lech et iuraverunt ei omnes in fa-
no Baal. Amabrem deinceps
vocatum est ydolum Baalberith. Be-
rith enim conviccionem sonat. Et
tulerunt de fano lxx pondo
argenti dederunt ei et conduxit
ex eo viros inopes et vagos
et descendens in Effra occi-
dit fratres suos super lapidem
unum excepto Joatham. Et
omnes Sichimite constituunt Abime-
lech regem iuxta quercum in Si-
chem. Si querit ergo quo
Saul primus dicatur rex in israel
potest dici hoc dictum esse propter
regnum universale. Hic autem in
regnavit in Sichimitis. Ad
cum nunciatum esset Joatham ste-
tit in vertice montis Garizim
et exclamavit ad omnes Si-
chimitas qui convenerant ad diem
festum. Audite me viri Sichem
Ierunt ligna silvarum ut unge-
rent regem super se et dixe-
runt olive impera nobis. Que
noluit deserere pinguedinem
suam qua dii utuntur et homines.
Dixerunt ad ficum que
noluit deserere dulcedinem fru-
ctus sui. Dixerunt ad vi-
tem que noluit deserere vinum
quod letificat deum et homines.
Dixerunt que ad ramnum impe-
ra nobis. Que dixit Venite ergo
et requiescite sub umbra mea. Si-
quin egrediatur ignis de ram-
no et devoret cedros libani.
Est autem ramnus genus rubi
quod vulgo senticem appellat
asperum et aculeatum sicut sentes.
Josephus dicit hoc inter ligna here-
nam igne incendi. Tunc ex-
posuit eis paradigma dicens In-
terfecistis filios Jerobaal et fi-
lium ancille eius super vos consti-
tuistis regem. Si recte egistis
cum Jerobaal et domo eius
recte sit vobis. Sin autem pulse
egrediatur ignis de Abimelech
qui devoret ipsum et vos. Que
cum dixisset aufugit

De abima expulsione et morte eius

Factum est autem cum regnas-
set super Sichem tribus an-
nis Abimelech. Dedit eis do-
minus spiritum malum adversum eum et
expulerunt Abimelech ab
urbe et a tribu qui exercebat la-
trocinia super eos agens predas
ex eis. Tempore vero vindemiarum
intravit Gaal cum fratribus suis
in Sichem. Cuius defendente
eos descenderunt Sichimite
ad vineas suas et calcaverunt.
Et ingressi fanum dei sui inter
epulas et pocula maledicebat
Abimelech. Gaal quoque dicebat
Quis est Abimelech ut ser-
viamus ei. Nunquid non est filius
Jerobaal. Pro nomine dictum est qui
non est spurius. Et addidit
ut daretur populus hic in ma-
nu mea ut auferrem Abime-
lech de medio. Zebul vero que
federat Abymelech principe

in civitate clam nunciavit ei quod
Abimelech futurus esset. Venit
itaque Abimelech cum exer-
citu nocte et tetendit insidi-
as iuxta urbem. Egressusque est Ga-
al mane et Zebul cum eo
steterunt in porta. Cumque a-
scendisset Abimelech cum
exercitu dixit Gaal ad Ze-
bul. Ecce de montibus multitu-
do descendit. Cui Zebul: Um-
bras montium vides quasi hominum ca-
pita et errore deciperis. Rur-
sus ait Gaal: Ecce populus
qui de umbilico terre descen-
dit. Cui Zebul: Ubi est nunc
os tuum quo loquebaris: quis est Abi-
melech? Egredere et pugna
contra eum. Qui pugnavit et
victus est et fugiens recepit se
in urbem. Zebul autem expulit
eum et socios eius. Sequenti
die Abimelech expugnavit
urbem interfectis habitato-
ribus eam que destruxit ita ut
sal in ea seminaret. Habitatores
vero in turre Sichimorum in-
gressi sunt fanum dei sui quia
locus munitus erat. Josephus tamen
dicit profugos pro parte congre-
gatos super petram munitissimam
et intrabant eam muitare eos.
Videns Abimelech ascendit
in montem Selmon et precisum
ramum ferens dixit sociis: Fa-
cite quod ego. Qui tollentes ramos
et circumdantes presidium succen-
derunt illud et igne et fumo
perierunt in eo mille viri preter mu-
lieres et parvulos. Et recedens
Abimelech obsedit oppidum
Thebes. Erat autem turris in me-
dio in qua receperant se Thebe-
te. Et non qui a Thebis Egip-
torum dicuntur Thebei. A Thebis
Grecorum Thebani. A Thebe in-
decore Thebite. Cumque Abime-
lech expugnaret urbem turrim
et supponeret ignem mittens
mulier fragmen mole superi-
ciens fregit cerebrum eius.

Qui ait armigero suo: Per-
cute me ne dicatur interfectus
a femina qui interfecit eum.
Hanc partem dicit Josephus ac-
cidisse Effraitis eo quod iurgati
sunt adversus Israel. Gedeonem
ad aquas Jordanis.

Incidencia sequuntur

Eo tempore corus inventus est in-
strumentum
Hebrea quod instrumentum esse
dicit Strabus pellem extensam
cum duabus acutis. Per alteram
inspirat, per alteram reddit so-
num et scribitur secundum Gre-
cos sine aspiracione pro vace
canenda et mensura cum
aspiratione. De Thola

Post Abimelech iudicavit
Israel Thola de Isachar fi-
lius Phua patrui Abime-
lech. Nec moveat te Phua
et Joas fratres esse, cum alter
de Isachar, alter de Manasse
fuerit. Filii autem sunt uterini ma-
tre et duorum fratrum primi de
divisis tribubus. Hic iudicavit
Israel in Samir xxiii annis et
mortuus est. Incidencia

Eo tempore Herculus ante-
um vicit in Palestra
et illud pastavit. Bellum fu-
it inter Lapithas et Centhau-
ros quos Palefatus in libro
de incredibilibus nobiles fuis-
se ait equites Thessalie. Pa-
gnavit
Laumedonte
in Troya. Androgeus Athe-
nis interficit Theseus in
agone Minotaurum inter-
ficit propter quod Athenienses
pueri tributarii a pena li-
berati sunt. Fuit autem Mi-
notaurus vir quidam inhumanus
et valens in Palestra et
in gratia Minois. Inde et
dictus est quasi Minois thaurus
id est Minois carnifex.

Sequitur de Jachir

Post Thola Jair Gala-
adites de tribu Manasse
iudicavit Israel xxii annis. Ha-
buit xxx filios quos fecit

principes xxx ciuitatum quas
vocauit nomine suo Athoth Ia-
ir i. opida Iayr et mortuus est

Incidencia

Ad tempore Theseus ra-
puit Helenam quam secun-
do receperunt fratres eius Ca-
stor et Pollux capta matre
Thesei eo peregre profecto
Philisteus scribit a ciuibus Ty-
riis Zoro et Cartagine Car-
thaginem conditam Charmete in-
persona latinas literas inuenit

De Iepte

Iterum filii israel seruierunt
ydolis cristianorum gencium
et tradidit eos dominus in manus
Philistim et Amon et afflicti
sunt vehementer xviii annis
omnes qui habitabant trans iordanem in
terra Amorrei Amonite quoque
Iordane transmisso vastabant Iu-
deam et Beniamin et Effra-
ym Qui afflicti clamauerunt
ad dominum Qui cum dure increpasset
eos ite et inuocate deos quos e-
legistis proiecerunt omnia ydola
de finibus suis et doluit dominus
super miserias eorum Congregati
sunt filii israel in Masphat
contra amonitas qui fixerant
tentoria in Galaad Fuit
eo tempore Iepte Galaadi-
tes vir fortissimus pugnator
filius meretricis hic habuit
uxorem de Galaad de qua
suscepit filios qui cum adoleuis-
sent eiecerunt eum tamquam spurium
dicentes Non poteris esse he-
res in domo patris nostri Et
abiit in terra Iob et congrega-
ti sunt ad eum viri inopes et
latrunculi et eum quasi princi-
pem sequebantur et descende-
runt ad eum maiores natu de
Galaad dicentes Esto princeps
noster et pugna pro nobis
contra filios Amon Qui ait
Nonne vos estis qui odistis
me et eiecistis Qui dixe-
runt Nos ad iniuriam te nec venimus
ut persequamur sed ut sequa-
mur te Et ait Iepte Iura-
te ergo michi et iurauerunt et con-
scendens cum eis in Mas-
phat humiliauit se coram domino
et factus est princeps populi
Et misit nuncios ad regem A-
mon in hec uerba Exi de terra
mea cur uastas eam Qui respon-
dit Tulit israel terram meam cum
ascenderet de Egipto et recepi
eam Cui Iepte dixit se eam
in rebelli acquisiuisse et multo tem-
pore possessam et trecentis annis pos-
sessam noluit acquiescere Amo-
nites Et ait Iepte Iu-
dicet dominus hodie inter israel et
Amon et factus est spiritus domini
super Iepte Et egrediens ad pu-
gnam uotum vouit domino dicens
Si tradideris filios Amon in ma-
nus meas quicumque primus egressus
fuerit de domo mea occurreritque mi-
chi reuertenti cum holocaustum
offeram domino Et percussit Iepte
filios Amon plaga magna ni-
mis et humiliati sunt coram fi-
liis israel Reuertenti autem Iepte in
Masphath occurrit ei vnige-
nita filia eius cum tympanis
et choris Qua visa scidit ve-
stimenta sua et ait Heu filia
decepisti me et decepta es
Aperui os meum contra te domino
Filia vero dolens in hoc casu
pro uictoria patris ait Fac michi pater
quodcumque pollicitus es hoc solum
presta michi ut duobus mensibus circueam
montes et plangam virginitatem
meam cum sodalibus meis Fortas-
se tenebat maledictum legis pro
sterilitate Et ait pater Vade et
expletis duobus mensibus rediit
ad patrem suum et fecit ei sicut
uouerat Exinde mos increuit
in israel ut annuatim conueniant filie
israel et plangant filiam Iepte
quatuor diebus Rexit Iosephus Ie-
pte quod obtulit holocaustum

nec legittimi nec deo carum
Quod si tamen obviam uel non
habuisset immolasset eum domino
Fuit ergo in vovendo stultus
in solvendo impius Potuit
tamen aliquid usque esse bonus quia
a irruit spiritus domini super eum et
etiam post votum Nam et apostolus
ponit eum in cathalogo bono-
rum Quidam tamen excusantes
eum familiari consilio spiritus sancti
dicunt eum hoc fecisse Conue-
nientes ad eum Effrate di-
xerunt Cur cum transisti vo-
care nos ad pugnam incendemus
domum tuam Qui ait Vocavi vos
et venire noluistis Et vocatis
viris Galaad pugnavit contra
Effraym Occupaverunt autem
Galaadite vada Jordanis
Cumque venissent ad eos fugientes
quidam de Effraym obsecrantes
ut permitterent eum transire di-
cebant ei Numquid Effrateus
es Quo dicente Non sum
interrogabat eum dic ergo
Schibboleth quod interpretatur
spica qui respondebat Thebo-
leth eadem littera spicam exprimere
non valens statim que iugula-
bat eum et ceciderunt eo
tempore de Effraym xlii milia
Et nota quod Effrateus potest dici
de Effrata Effrateus etiam
proprie dicitur Bethleemita Et
iudicavit Jepte Israel vi annis
et mortuus est et sepultus in ci-
vitate sua Sebeti que est in Ga-
laad Hic ab etate Moysi usque
ad se ipsum aut supputari annos
ccc annis huic non addunt xl
et viii annos afflictionis qui pre-
cesserat

Incidencia

Eo tempore Hercules flammis
se iniecit nam in morbum
inciderat pestilentem

De abessan

Post Jepte iudicavit Israel A-
bessan vel Esebon Bethle-
emita de Juda vii annis

Incidencia

Eo tempore Agamenon impe-
ravit cui iunctus Menelaus
Lacedomie

De Ahilon

Post Abessan Ahylan Zabu-
lonites iudicavit Israel x an-
nis hic cum annis suis in lxx
interpretibus non habetur pro damno
supplendo Eusebius Josue
et Samuelis et Saulis
annos scripta sacra non dicit
plures quam annos quam Josue legi-
tur annovit quo ab ingressu Is-
rael de egipto usque ad edifi-
cacionem templi cccc lxxx
annorum summa in scriptura predicit
habet

Incidencia

Eo tempore Alexander He-
lenam rapuit Bellum decen-
nale surrexit Memnon
et Amazones priamo tulere
subsidium

De abdon

Post Ahylon Abdon Thera-
thonites de Effraym iudicavit
Israel viii annis Sub hiis autem
iudicibus non recessit Israel a domino
et quievit terra et ideo ni-
chil memoriale fecisse legitur
Tamen quidam tradunt sub
Abdon cladem factam in de-
mannum per uxore clementi

Incidencia

Huius anno tercio capta est
Troya et fluxerunt et
et Troya capta usque ad pri-
mam Olimpiadem anni ccc
vi Tunc Grecia ad hono-
rem victorie sue ceperunt
annorum tempora sic Anno a ca-
ptivitate Troye incepta olimpi-
ade Deinceps annotaverunt tem-
pora usque ad olimpiadum
deinde Romani florentes annotaverunt
tempora sic Anno ab urbe con-
dita Ultimo Christiani annotant
sic Anno ab incarnacionis do-
mini Troya capta Menela-
us et Helena devenerunt
ad Thnoze regem Egipti
quem Homerus Polibum vocat
Anno tercio a captivitate Tro-
ye vel viii ut quidam volunt
regnavit Eneas tribus annis

mus in Italia In qua primus regnavit Ianus Saturnus Picus Faunus latinus annis centum L.

Rursum filii israel peccaverunt coram domino qui tradidit eos in manus Philisteorum XL annis a qua servitute tandem modo liberati sunt Fuit vir quidam de stirpe Dan nomine Manue habens uxorem pulcram sed sterilem Cui sepe oranti in agro pro sterilitate amouenda Apparuit ei angelus et ait Concipies et paries filium Caue ne comedas aut bibas deinceps nisi iuxta legem Nazareorum Filius enim tuus erit Nazareus dei ex utero matris et deinceps robustus et ipse liberabit israel Alia littera et dicetur liberator israel Que cum omnia indicasset viro suo et commendasset angeli pulcritudinem contristatus est vir quia zelotes erat Et ut mitigaret uxor nubilem viri tristiciam consuluit ut ambo orarent dominum ut iterum veniret ad eos angelus et instrueret utrumque de puero Et apparuit iterum angelus uxori Que cum vocasset virum ait Manue ad eum Tu ne es qui locutus es de puero Cui angelus Sum Cui Manue Quid vis ut faciat puer Et angelus Nazareus erit omni tempore vite sue Detulit quoque Manue hedum et panes et ait angelus Non comedam si vis offerre offer illa domino Et ait Manue quod est nomen tuum Cui angelus Cur queris nomen meum quod est mirabile Et obtulit Manue que tulerat super petram domino qui facit mirabilia Et ascendit angelus in flamma nec ultra apparuit eis Et intelligens Manue esse angelum dei Dixit Morientur quia vidimus dominum Cui mulier Nequaquam nam accepit dominus holocaustum

a nobis et indicavit que futura sunt Natum quoque filium vocavit Sampson quod sonat robustus Crevit quoque puer adeo ut iam propheta futurus agnosceret Cepit quoque spiritus domini esse cum illo in castris Dan in meditullio tribus sue vel locus in quo prius habitavit Sampson et est dictus Castradan pro anticipacionem Nondum enim tribus Dan propriam habebat sortem

De Samsone

Descendit igitur Sampson in Tamnatha philisteorum ut videret solempnitatem que ibi agebatur et visam ibi virginem concupivit Dixit quoque patri et matri Accipite mihi queso uxorem Thamnateam que complacuit oculis meis Qui dixerunt Cur negligis filias fratrum tuorum et transis ad filiam incircumcisorum nescientes quod res fieret a domino Cumque descenderent cum eo apparuit eis catulus leonis in iuvenibus opidi et irruit in eum Sampson in spiritu domini nil habens in manu et dilaceravit eum frustratim quasi hedum capre et hec parentibus non indicavit Desponsata quoque sibi uxore cum post aliquot dies rediret ut acciperet eam declinavit ut videret cadaver leonis Et ecce apes erant in ore leonis et favus mellis quem sumptum comedebat in via Dedit quoque partem patri et matri et comederunt partem quoque sponse contradidit Cumque Thamnatei cives essent in epulis nupciarum timentes robur iuvenis dederunt ei XXX iuvenes robustos sermone quasi socios ope vero custodes ne quid forte vellet committere crescente conviviorum sacietate Quibus ait Sampson Proponam vobis problema quod si solveritis in vii septimum diem convivii Dabo vobis XXX sindones et totidem tunicas Alias nec et totidem dabitis mihi Qui dixerunt Propone Et ait

Sampson De comedente ex-
iuit cibus et de forti egressa
est dulcedo Iosephus alia ponit ver-
ba Qui cuncta devorat cibum
genuit de se suavem licet
ipse sit insuavis Nec potuit
per tres dies propositum solvere Cum-
que adesset dies septimus dixerunt
sponse Blandire viro tuo ut
indicet tibi problema et indicabis
nobis Alioquin interficiemus
te et domum patris tui Que sol-
licitatis viri flendo dicebat quod
odisti me etiam non exponis mihi
problema Septem igitur diebus
convivii flebat apud virum
Si quod vii diebus flevit cum
supra dictum sit uno die venisse
ad eam iuvenes prout dicitur Cumque
adesset dies septimus id est cum adhuc es-
set dies infra vii primus Quod ideo de-
terminatum est ne putaretur post
dies tres venisse de quibus dictum
erat quod non poterant propositum sol-
vere pilosos prout aliter dicitur Cum-
que adesset dies iiii id est non appro-
pinquaret set nondum esset ut dictum
sit adesset qui iuxta esset Et i-
ta post tres dies inquisitionis ea-
rum quarta die venerunt ad ea-
m et locuta est Quod autem dicitur vii die-
bus flevisse hoc est in illis vii-
nis pilosos Quidam tamen conie-
cerunt ita Cumque adesset dies vi-
gesimus quod vitio scriptoris reor fa-
ctum Qui videns viii abbrevia-
tum estimabat legi unum Tandem
die vii cum ei molesta esset ex-
posuit Que statim indicavit
civibus suis et illi die vii ante
solis occasum dixerunt Sam-
psoni Quid dulcius melle quid
fortius leone Qui ait
Quid dolosius muliere Si non a-
rassetis in vitula mea non invenis-
setis propositionem meam Et irru-
it spiritus domini in eum Et descen-
dit Ascalonem et ibi percussit xxx
viros Quorum ablatas vestes
dedit pronubis suis Et iratus Sa-
mson uxori redit in domum pa-
tris sui Uxor autem eius nupsit u-
ni de pronubis suis Cumque dies
triticee messis instarent ve-

Sanson invisere uxorem suam fe-
rens hedum Cumque thalamum
cubiculum vellet intrare prohibuit
pater dicens Putavi quod odisses
eam et tradidi illam amico tuo
Sororem habet que pulcrior est il-
la sit tibi pro ea uxor Cui sam-
pson Ab hac die non erit cul-
pa in me contra philisteos faciam
nobis mala Et cepit trecen-
tas vulpes et iunxit caudas
caudis et faces ligavit in me-
dio quas igne succendens dimi-
sit eas discurrere Et incende-
runt segetes philistinorum tam
vineas quam et oliveta quas
consumerent Philistim scientes
post esse Sampsonis uxorem
eius et parentes combusserunt ipse
mali huius auctores Et ait
Sampson Adhuc expetam
ultionem ut quiescam et percussit
eos plaga magna ita ut stupentes
suram femori imponerent Vel
dicitur ita percussit alienigenas quod
Samson tibiam super femur quod
ad priorem sensum reducit id est
tam inabiliter ut stupentes ti-
biam unius pedis stupentes al-
terius super femur id est pedites pre ti-
moris ponerent Tamen qui
tibiis incedunt et super femur
sedentes quidam exponunt sic
percussit tibia super femur id est
pedites preter sedentes in e-
quis Et habitabat Sampson
in spelunca petre Etham
in loco munito

Quomodo samson interfecit mille viros in maxilla asini

Tunc ascendentes philis-
tei in terram Iuda castra
metati sunt in loco qui postea
dictus est Lechi id est maxilla Et
dixerunt ad eos viri Iuda Cur ascendistis
in nos Qui responderunt Ut a-
scendimus adversum nos Qui dixerunt Et a
ut ligemus Sampsonem Et de-
scenderunt iii milia de Iuda
ad Sasonem et culpabant eum quod phi-
listim dixerunt Nescis quod Phi-
listiim imperant nobis Et tradamus
nos ut ligemus te et tradamus
Philisteis Qui ait Iurate
ne me occidatis et iuraverunt

et permisit se ligari duobus no
uis funibus Qui cum traherent
eum et uociferarent Philistei
pre gaudio irruit spiritus domini in e
um et dissoluta sunt vincula
eius ut lina id est stupe linee ad
odore ignis Alia littera filii lini
tortum sputamine Tolles quoque man
dibulam asini iacentem in terra
interfecit in ea mille viros alios
in fugam vertens Et exultans Sa
son cecinit metrice In ma
xilla asini in mandibula pul
li asinarum delevi eos et percus
si mille viros Hebreus habet In ma
xilla asini hemor quod sonat
cumulum de cumulis hoc est in
maxilla asini feci acervum de
cadaveribus mortuorum Et proiecit
mandibulam et vocavit nomen
loci Ramathlechi vel Ramatle
chi quod est elevata maxille Ra
ma enim excelsum sonat et
sitiens ad mortem quod factum est ut
diceret esse Hebrei quod sibi dedit
gloriam et non deo Et clama
vit ad dominum Obsecro domine en
maior et incido in manus in
circumcisorum Et aperuit dominus
molarem dentem in maxilla
asini et egresse sunt aque
Quibus haustis vires recepit
et mutato nomine prori dictus
est nomen loci fons invocantis de
maxilla Cumque non timeret Phi
listeos abiit in Gazam et
vidit ibi mulierem meretricem et
ingressus est ad eam Quo cog
nito Palestini posuerunt custo
des in porta civitatis ut oc
ciderent mane occidentem Sam
son vero medio nocte surgens
ambas fores apprehendit cum
postibus suis et sera et in hume
ris portavit ad verticem montis

Quomodo tandem deceptus fuerit

Post hoc amavit Dalida
que erat in valle Sorech
et Sorech locus vel genus
vitis et venerunt ad eam
satrape Philistinorum dicen
tes Disce ab eo in quo habeat
vires et quo valeamus eum
vinctum affligere et dabimus

tibi singuli mille et C argenteos
quod est quinque milia et D Quidam
distinguunt ita Dabimus tibi singuli
et omnes simul mille C argente
os Et blandita est Dalida Sa
son Qui respondit in dolo Si
vii nervis funibus et adhuc hu
mentibus ligatus fuero ero sicut
ceteri homines Quos ipse pal
mites vinearum recentes dicit Et
attulerunt ad eam vii funes qui
bus dormientem ebrium colligavit
latentibus apud se Philisteis Et
clamavit mulier Philistiim super
te Samson Qui rupit vincula
quasi stupea filum factum est sicut
de vii nervis funibus Cum autem
in vii crines capitis eius esset li
gatus lino et clavus terre in
fixus expectatus ab ea Sam
son evellit clavum cum crinibus
et lino Cumque molesta esset ei
Dalida et deficeret anima eius
ad mortem aperuit ei veritatem
dicens Nazareus sum ab utero
matris mee si rasum fuerit caput
meum recedet a me fortitu
do Tunc Dalida revocavit
Satrapas ut venirent cum
pecunia quam promiserant Et
illa dormire fecit eum super
genua sua et per tonsorem rasit
vii crines id est eius id est omnes Vel
quos novacula ascenderat super
caput eius etiam pro salis un
rasis dum recessit ab ea Et
abiecit eum mulier Quem cum
apprehendissent Philistiim erru
erunt oculos eius et vinctum duxe
runt eum per terram et apud
Gazam clausum in carcere mo
le fecerunt quasi ope servili eum
affligentes Hebrei tamen tra
dunt quod Philistei coegerunt eum
dormire cum mulieribus robustis
ut ex eo sobolem robustam
susciperent Procedente tempore
cum capilli eius renasci cepe
rant cum adesset publica solemni
tas ingressi sunt satrape principes
Philistinorum ut immolarent magni
ficas Dagon deo suo qui tra
diderat inimicum in manibus eorum

Cumque letarentur conuiuatores ad-
ductus est Samson ut ante eos
luderet et ei illuderent Sta-
bat autem inter duas columpnas
quibus domus innitebatur Et ait
puero regenti se Sine me
ut tangam columpnas et pau-
lulum requiescam Et apprehen-
dens utramque columpnam manibus
ait Moriatur anima mea cum Phi-
listiim Et concussis columpnis
cecidit domus super omnes et multo
plures interfecit moriens quam
viuus Et preter conui-
uas erant in ea milia utriusque
sexus qui ludentem aspicie-
bant de tecto Et tulit eum
uniuersa cognatio eius et sepe-
lierunt eum in sepulcro patris
sui et iudicauit Israel xx annis Jo-
sephus Hactenus Iudicum liber tempora
signat hunc annos ccc xc vix
et iudices xv

Incidentia

Eo tempore [illegible] Astramgillbam ce-
cidisse secundus rex latino-
rum Palefactus in libro incredi-
bilium tradit Ulixem intrepide
Syrenorum fugisse Syllam spolia-
re hospites solitam Syrenes
quasi mulieres fuisse que decipie-
bant nauigantes

Drix ille est numerus [illegible] [illegible] dies re- more

De micha

Sequitur hystoria de ydolo
Miche hunc autem euentum et
alterum de uxore leuite dicit
Josephus contigisse post mortem Josue
et ante Othoniel cum plurimum
peccassent coram domino israel et tra-
didisset eos dominus in manus Ca-
naneorum qui abstulerunt inde
Ascalonem et Acharon et
multas urbes in campestribus et
populos Damitas expulsos in
montes fugere compulerunt Eo
tempore fuit uir de monte Ef-
fraym nomine michas qui su-
scepit a matre sua mille c argen-
teos uotiuos et fecit ex man-
dato matris ex eis Ephot et the-
raphim id est ueste sacerdotalem
et ydola et separauit eis edi-
culam in domo sua et impleuit
manum unius filiorum suorum et
factus est ei sacerdos et uesta
ut eum de sacerdotio per aliud po-
situm in manu eius ut impleuit

Nota quinque testamento in ueteri tamen nomina
per angelum sunt nunciata Ysma-
el et Isaac Ezechias Sampson
in nouo duo Johannes et Jhesus

manu eius i. sepe abstulit ei
iterum sacerdotium In diebus illis non
erat rex in israel sed unusquisque
quod sibi rectum uidebatur faciebat
Fuit autem alter adolescens Beth-
leemita cognatus Miche et le-
uita sed pauper qui uoluit pere-
grinari ubicumque commode sibi reperisset
Cumque declinasset in domum Mi-
che cognita causa uie eius consti-
tuit eum sibi sacerdotem constituens
sibi per singulos annos x argente-
os et uestem duplicem preter ui-
ctum In diebus illis tribus Dan
querebat sibi possessionem et mi-
serant v uiros ut explo-
rarent terram in qua possent
habitare Et intrantes domum
Miche requieuerunt in diuersorio le-
uite Cumque considerassent uestes
et ydola abierunt et uenerunt
Lachis et uidentes locum
uberem et magne opulentie et
habitatores in eo sine timore et
rebelles reuersi sunt ad fratres su-
os et dixerunt Eamus possideamus
terram quam uidimus Nullus
erit labor Et profecti Dani-
te dc vi armati primo man-
serunt in Cariathiarim unde quasi
castra ex illo tempore dicta est castra
Dan Alius eodem nomine dictus
est de quo dicitur in Samsone ubi
Tercius eodem nomine dictus est ubi
Jeroboam fabricauit uitulos
Cumque transissent iuxta domum Mi-
che intrauerunt v predicti ui-
ri et tollerent uestes et ydola dixit
sacerdos acclamaret dixe-
runt ei Veni nobiscum melius
est tibi ut sis pater in una tribu quam
in domo unius uiri Et abierunt in-
eis frenis [illegible] Cumque in-
sequeretur eos Michas cum
omni domo sua uidens eos for-
tiores et armatos mortem
reuersus est Illi uero cum mulieribus
et paruulis et iumentis et uni-
uersa supellectili sua uenerunt
Lachis ad populum et percusserunt
eos et urbem incenderunt et non
fuerunt sibi ciuitatem fortes
procul a libano et in [illegible]

Jordanis circa maximum campum
Sydonis in regione Roob et ap-
pellaverunt eam Dan que prius
Lachis vocabatur Posuerunt quoque sibi in
deum ydolum michee toto tempore quo
fuit domus dei in Silo Jonathan
vero filium Gersan filii moysi et
filios eius statuunt sacerdotes in
tribu Dan usque ad diem captivi-
tatis sue Cuique replicat hystoria
In diebus illis non erat rex in
israel videtur consentire Josephus qui
dicit hoc factum et quod sequitur
circa eadem tempora contigisse

De uxore levite

Fuit levita habitans in latere
montis Effraym habens uxorem
de Bethleem que irata viro
suo rediit in domum patris sui in
Bethleem Quem eadem vir suus
cum puero et duobus asinis reconci-
liatus est ei Quarto autem die cum
regredi vellet tenuit eum socer
usque in crastinum Quinto die
sumpto cibo circa meridiem egressus
est ducens secum duos asinos
honustos et concubinam Hec enim
quandoque uxor dicitur et ut vide-
tur vellet Josephus lunam x. infau-
stiter arripuit Cumque transis-
sent iuxta Jebus die declinante
noluit ingredi apud gentem ali-
enam et transiunt in Gabaa
que est in tribu Beniamin Et
nullo eum recipiente sedebat in
platea Et ecce senex re-
diens de agro qui erat de
monte Effraym et advena
habitabat in Gabaa qui intro-
duxit eos in domum suam Et
cenantibus illis venientes viri
civitatis filii Belial dixerunt
ad dominum Educ virum qui in-
gressus est ad te ut abutamur
eo Tamen Josephus dicit non vellet
se per eos sed ut raperent uxorem
eius Cum autem obtulisset senex
filiam suam virginem et uxorem
viri pro viro eduxerunt uxorem
viri Qua cum tota nocte abu-
si essent dimiserunt eam mane
Que rediens ad hospicium

expiravit ante ianuam Et fe-
rens vir eius cadaver in asino
rediit in domum suam Et concidens
eam in xii partes misit in omnes ter-
minos israel et clamaverunt singuli
Nunquam sic factum est in israel ex quo
ascenderunt patres nostri de Egi-
pto Et egressi sunt omnes quasi
vir unus in Maspha xl milia
pugnatorum et dixerunt Non
redibit quisquam in domum suam
donec ulciscamur in Gabaa
Et elegerunt virum unum de x
qui portaret cibaria et mise-
runt ad omnem tribum Beniamin
dicentes Tradite nobis flagi-
ciosos de Gabaa ut moria-
tur Qui noluerunt immo dederunt
eis in auxilium xxv milia de
Beniamin Erant autem in Ga-
baa dcc viri ita sinistra ut
dextera preliantes et fundis lapi-
des ad certum iacientes ut capil-
lum quoque possent percutere Et a-
scendens exercitus israel in Silo con-
suluit dominum Quis ascendet cer-
taminis princeps contra Bema-
min Et respondit dominus Judas
hoc forte videtur facere pro Josepho
de tempore huius cladis Et ascenden-
tes inde expugnabant Gaba-
a Et prima die egressi filii Be-
niamin de Gabaa percusserunt
de israel xxii milia Secunda
vero die xviii milia Tercia
vero die per insidias civitatem
ceciderunt et incenderunt urbem
filii israel occidentes viros et mu-
lieres et parvulos idipsum facientes
aliis civitatibus in Beniamin
De omni vero Beniamin soli dc
remanserunt qui sederunt in
petra Remon et planxerunt
planctu magno iiii mensibus
Et iuraverunt filii israel in Mas-
phat quod nullus eorum filias su-
as daret uxores filiis Be-
niamin Tandem penitentes de
delectione tribus unius requisie-
runt quis de israel non ascenderat
cum eis nec iuraverat et in-
venti sunt viri Jabis Galaad

no interfuisse certamini et p-
cusserunt eos a viro usque ad mu-
lierem solis virginibus reser-
vatis. Et advocantes dc viros de
petra Remor reddiderunt eis
sortem Beniamin et cunctas illas
virgines dederunt eis in uxores.
Et consilio inito de dandis uxoribus
ceteris qui remanserant dixerunt ec-
ce Ecce solempnitas domini est in
Sylo. Et ascendet vetus Israel du-
centes choros et vos latentes
in vineis exite et rapite singuli
uxores. Et factum est ita. Et re-
stituta est tribus Beniamin. In die-
bus illis non erat rex in Israel sed
unusquisque quod sibi rectum videbatur
faciebat. Ead clausula que est
supra. Ideo forte videtur quod circa
idem tempus utrumque factum fuerat

Sequitur de Ruth

Post Sampsonem iudicavit
Israel Hely sacerdos qui non
tamen iudex sed sacerdos a digni-
tate officii cognominatus est et translatum
sacer-
docium
a filiis E-
leazar sed
primus de fi-
liis Ithamar
accepit
sacerdocium.
In diebus
eius facta
est fames
in terra
et surre-
xit Hely-
melech

Nup Paralipome-
non dicit Ieronimus
quod in diebus Hely-
melech ... fece-
rit ad credendos
transgressores
legis. Sed quod
non timuerunt deum
Tanta fames
invaluit ut po-
pulus in tribu Iu-
da fugeret cum
uxore et libe-
ris

de Bethleem Eufratheus cum
uxore sua Noemi cum duobus
filiis suis Maalon et Chelo-
on. Et ingressus est regionem
Moabitidem ut pasceretur ibi.
Quo mortuo filii eius duxerunt
uxores Moabitidas Orpham
et Ruth. Iosephus tamen dicit quod
pater accepit filiis suis uxores
et manserunt ibi x annis et mor-
tui sunt ambo sine liberis. No-
emi vero vidua et orbata fi-

liis et surrexit ut rediret in
patriam. Audierat enim quod dominus de-
derat populo suo escas. Et comi-
tabantur eam nurus sue. Que
ait ad eas. Revertimini filie mee
in domum matris vestre. Non enim
ultra potero sperare viros ex
utero meo. Et nota quod aput me-
abitas suscitabatur lex de semine
suscitando. Et acquievit Or-
pha et reversa est. Ruth vero
sequebatur eam. Cum Noemi di-
ceret filia. Non est deus noster sicut deus
gentium. nec populus noster sicut ritum
gentium vivunt. Expedit tibi
ut redeas ad populum tuum et ad
deos tuos. Et ait Ruth. Populus
tuus populus meus. deus tuus deus
deus meus. perfecte quod sunt sile-
et venit in Bethleem que pri-
us dicebatur ab uxore Ca-
leph Effrata. Fuit maria soror moy-
si secundum quosdam translata de-
femo. Que postquam percussa est
lepra agnominata est Effra-
ta id est furorem vidit id est iram dei
ex experimento agnovit. Vel in-
terpretatur frenitum quia plaga e-
ius omnibus posita est in exem-
plum. Ieronimus tamen dicit quod Caleph
suscepit Effratam uxorem suam
Marie et virianum Besele-
el: sed tamen primus propter indedib...
sed ubertate sibi redditam recepit
nomen Bethleem quod est domus
panis. Percrebuit fama in Beth-
leem et dicebant. Hec est illa
Noemi. Quibus illa. Ne vo-
cetis me Noemi quod est pulchra
sed vocate me Amara. Egres-
sa sum plena et vacuam me
reduxit dominus sed gratitudine
plenam et tunc primo ordea
metebant. Erat autem ibi vir
potens et opulentus nimis. Bo-
oz consanguineus Helymelech.
Intravit itaque Ruth agros
illius de voluntate Noemi.
Et colligebat spicas post me-
tentes. Accidit autem ut egre-
deretur Booz ad agrum et dix-
it messoribus. Dominus vobiscum
et quesivit cuius esset hec puella
et dixerunt. Hec est illa

Moabite que venit cum Noe-
mi. Et ait Booz ad eam: Fi-
lia ne vadas in alterius agrum. Ne-
que puerorum molestia erit tibi. Si
sitis vade ad sarcinulas et
bibe. Hora vescendi veni huc
et comede, et intinge buccellam
in aceto. Reddat tibi deus pro
mercedem quia confugisti sub
alas eius. Pueris quoque suis di-
xit: Proicite de manipulis
vestris de industria ut absque ru-
bore colligat. Cumque comedisset
Ruth ad latus messorum convivat
polentam quam ipse, palpitam
vocat, et servabat eam socrui ad
vesperam. In vespera que colle-
gerat virga excuciens invenit
ordei quasi ephi .i. modios tres.
Cumque redisset ad socrum indicat
ei que fecerat ei Booz. Et
ait Noemi: propinquus noster est hic.
Benedictus sit hic. Ipsum fecit
Ruth sequentibus diebus usque ad
aree ventilacionem. Mos erat
in israel quod in ventilacione dominus a-
ree grande convivium parabat pu-
eris suis et messoribus et dor-
miebat in arrea et qui sole-
mnibus abstinebat ab ample-
xibus. Idipsum fiebat in consu-
ne vini. Si post vindemias fi-
eret non legi. Et ait Noemi
ad Ruth: Lavare filia et in-
due cultioribus vestimentis et
ascende in arream cum aliis. Non
te videat hic donec inebriatus
fuit. Cumque obdormierit pro-
ices te a parte pedum eius et
ibi iacebis. Et fecit omnia que
socrus preparavit. Et ecce me-
dia nocte evigilans hic expa-
vit dicens: Que es? Et illa:
Ego sum ancilla tua. Expande
pallium tuum super me quia propin-
quus meus es. Cumque indicasset
ei Booz in illius deregacione
esse servandam castitatem.
Addit alium me propinquiorem esse.
Si te voluerit iure propinquitatis
bene res acta est. Alioquin e-
go suscipiam dicit dominus. Surre-
xit itaque Booz de loco u-
bi iacuerat viri arctami

in ampliore antequam homines mu-
tuo se cognoscerent et imple-
vit pallium illius ordeo quasi in mo-
dios. Et rediens Ruth domum sua
ad socrum indicavit ei que dixe-
rat ei Booz. Ascendit ergo
Booz ad portam et sedit cum in-
dividuis et vocavit X de senioribus
civitatis et advocans propinquiorem
illum de quo dixerat ait ad eum:
Partem agri fratris nostri Helimelec
disposuit vendere Noemi. Non
duo soli propinqui sumus. Sed tu propin-
quior. Eme ergo si placet.
Ait ille: Ego emam. Cui Bo-
oz: Ergo non est media parte. Opor-
tet te habere legum mediam. Habes
necesse est cum agro relictam Maalon
ut suscites nomen propinqui. Et
ille ait: Cedo a iure propinquitatis.
Tu utere privilegio meo. Et ait Bo-
oz: Tolle ergo calciamentum meum
tuum ut firma sit concessio. Iose-
phus dicit Booz itaque testificans
seniores iussit mulieri ut eius
calciamentum solvet secundum legem
et in faciem eius spueret. Iohan-
nes vero ait: Cuius non sum dignus
corrigiam calciamenti solvere. Re-
gibus tribus convenit quia in diebus eius
quisque ipse repudians solvebat sibi
calciamentum, quisque vero mulier sol-
vebat ei quisque vir qui suscipie-
bat eam. Et quocumque modo fieret
in obprobrium repudiantis contra legem
domus eius dicebat domus discal-
ciati. Et ait Booz astan-
tibus: Huius rei testes estis. Responde-
runt: Testes sumus. Faciat
dominus hanc mulierem tibi sicut
Rachel et Liam que edificave-
runt domum israel. Accepit ita-
que Booz Ruth in uxorem et pe-
periit ei filium quem posuit No-
emi in sinu suo nutricis et geru-
le fungens officio. Et dixerunt
ad eam vicine congratulantes: Na-
tus est heres qui nutriat senectutem
tuam et servat tibi pluribus un-
um filiis. Ob hoc vocant nomen eius
Obeth quod hebraice interpretatur
serviens. Hic est pater Isay patris Da-
vid.

Incipit historia libri Regum

Liber regum in quatu-
or uoluminibus distinguun-
tur aput nos secundum
hebreos aut in duabus
Et dicit primum Samu-
el a nomine auctoris secund
vocant Malachim i. regum a
materia Audam uocant Ma-
lachoth qd sonat regnorum
sed uicios e Legitur enim me-
o de uno regno Judeorum tm
et de regibus eius licet i. duo
diuisum fuerit Scriptus e
at cronice liber iste sub sin-
gulis regibus qui co(m)pactus e
in vnu a Jeremia qd ex inde
p(ro)z q(uia) idem e finis hu(ius) libri
et Jeremie Ad comendacoem
at Samuelis p(re)mittit comme-
dacio eius p(at)ris in hunc mod
fuit vir vnus de Ramatai
sophi de monte Effraym z
nomie eius Helcana Effra-
teus Vir enim ponit hic no
p sexu sz pro uigore uirtutum
nec vnus pro nuo sz p singu-
laritate religionis p alys dicat
aut ciuitas eius Ramatam
que in Ewangelio dicitur
Armathia Et Josephus dicit
Ramath q(uia) in excelso si-
ta erat Sophi vo speculum
interptat Et ibi genitum
eius Aesi dicitur De Ra-
mathaym speculacoms q(uia)
ex ea circumiacens regio longe
videri poterat Sicut tradit
Jeroni Aly distinguunt sic de
Ramatha in Sophi No e aut
mons Effraym nomie montis
sz regionis Vn in sequetibus
no legit de ea pfectis regi-
onum qui ministrabant Salomo-
ni p singulos meses ponit
decimat prefectus montis Effra-
ym De oratione anne in
Sylo

Fuit at Elcana leuita no-
mine q(ue) a leui descendens
ab eo p Caath et ysaar et
Chore Vnd pz q(uia) Samuel no
fuit aromita et dr Effra-
teus i. Bethleemita fuit enim
scdm matham de tribu Juda Vn
Samuel p(ro)pea posuit vnu
de filys suis iudicem i Bethle-
em tz inter contribules Et
no q(uia) quod t(er)ra noia distingunt
si Effrateus ab Effraym sm-
bunt p duo ff Effrateus ab
Eufrata p ph Euffrateus
ab Euffrate qd e frugifer
p eu et e ut dicit Jeronimus
Judee vicus Eufrate

De oratione anne in Sylo

Habuit at Elcana duas
vxores nome vni Anna
at nome scde fenena Na
tum debuit dicere alt de du-
abus dixit scde inuers q(uia) li-
cet pares essent i noie v-
xoris tn hec secunda erat i
amore pi Erat at anna
pulcra sz scilis fenena uo
fecunda Et ascendebat v
ille tribus statutis diebus sing
gem in Sylo ad adorand
Erat aut in Sylo duo fily
Hely ophni et phinees sa-
cerdotes Cum imolasset
ergo Elcana dedit fenene
z filys z filiabus eius ptes
Anne at dedit ptem vna
tristis Quidam putant dictu
hoc esse de uestibus nouis
quas distribuebat uxoribus z
liberis in die festo Sed ma-
gis putandum e dem ee
de partibus sacrificie que contingere
bant offerentes qs tm di-
strib(u)ebat leuite cetere distribu-
ebant Hebreus sermo magis
videtur sonare dedit anne
unam, duplicem qi
missione vna, excellente dua-
rum ptem eqpollentem dile-
bat Porro at tristis

erat et no sumebat cibum
Et egressa e ad fores tabber-
naculi ut oraret hely sede-
te an postes ut querentes con-
silium paratum eu invenirent Et
flens Anna vovit dno Dicens
exercituu si dederis m sexu
virilem dabo eum tibi naza-
reum oib diebus vite sue et
attendens hely motum labiorum
vocem q no audiens estimans
temulentam ait Digere paulis-
per vinum quo madens Que
respondit Nequaquam domine
Sed mlr infelix ego sum
usqz adhuc ora p ancilla tu-
a Et intelligens ea hely sti-
le ait Det tibi deus isrl pe-
ticone tua hebreus tamen
hz dabit vir mlr et pmis-
sione sacdotli secura abijt
vultus q illius no sut amplius
i duisa mutati i aius eius no
e deinceps distractus i varie-
tates dubitacionis

De exitu samuelis

Factum e ut pareret filium
et vocavit nome eius Samu-
el i postulacio dei q adeo
postulacio susceperat Nec a-
scendit mlr in Sylo cu viro
donec ablactaret filium et e-
um ablactatum duxit in Si-
lo cu vitulis trib et trib mo-
dijs farine hebreus tame
hz i modio farine et cu am-
phora vini que e mensura
triu modiorum Nec attulit
simila et vinum ad libandum
tm cu i libamilus vitlorum
paucora sufficient psertim
e no n vnu vitulm obtulisset
Sed intelligendi e q resi-
duu dedit domui sacerdotum
Porro mirum videt ea pu-
erum kmim qi novit ablacta-
tum adductum esse ad ministe-
rium in thaber naculo ppterea
quidam dicunt tres esse abla-
ctacões Prima e a lacte ma-
mille que fit tercio ano Se-
cunda a lacte infancie que
fit vij Tercia a lacte pue-
ricie que fit xij et sic a-
movet puer a nutrice a pe-
dagogo a tutore Dicit ergo
quidam eu adductum pg secun-
da ablactacom ad imbuend
lit Vnde in sequentibus leg p
singulos anos mittebat ei
mat tunica pua Alij dicunt
q pg tcia ablactacom qi iam
ydoneus ad ministrand Vnde
statim sequit Puer at erat
minister in conspectu domi Cu-
q obtulisset Cumq obtulisset pu-
erum hely ait Anna Vivit a-
nima tua dne ego sum mulier
infelix p qua orasti et cete
filius quem dedit m dns Se-
nsus erat involvandi confirma-
cam q d p aiam tuam domine
Quidi tame quqz p expecta-
cone dici putant ut ibi Vivit
aia tua rex si novi eum q d
p aiam tuam domine desernat
me vita tua si novi eum Et
oravit Anna dnm et dixit
Exultavit cor meum etc Ce-
terum tame e ppie no oro e
et continet tria hoc canticum P-
mu e graciar acco p benefia
sibi psita Scdo e invectio in
supbos occasione fenenne
ibi Nolite multiplicare loq
Tercio pphat de regno e ubi do-
minus iudicabit fines terre Sed
at legit in cantico donec ste-
rilis peperit plurimos et que
multos hebat filios infirma-
ta e Heste hz p plurimos vij
et p infirmata e secta e
Et tradit q singulis Anne
filijs nascentibus singuli Fen-
nene filij moriebant Et v
filijs ane duos filios Samue-
lis gnuat ut sint vij Redijt
Elcana in domu sua et Sa-
muel ministrabat an hely et
dt eu ipse ano xij plene p-

prophetasse De filiis Hely

Porro filii Hely nescientes
dominum propter sacerdotem de
sacrificiis antequam adolerent adi-
pe tollebat ab offerentibus cru-
da ut lautius b' parerent eam
Et propterea mittebat puer sa-
cerdotis fuscinulam in ollam et
quidquid levabat fuscinula sacer-
dotis erat quod non erat pertinens
secundum rationem Samuel autem minist-
rabat accinctus ephoth lineo non
sacerdotali sed prophetico et tunicam
parvam offerebat ei mater singu-
lis annis Et visitavit dominus
Annam et habuit tres filios
et duas filias Hely autem erat
senex valde et audivit peccata
filiorum qui dormiebant cum
mulieribus excubantibus ad hosti-
um thabernaculi et eas que
veniebant ad purificandum pol-
luebat Quidam tamen volunt
quod non miscebantur mulieribus sed
corrupti pecunia dabant mulie-
ribus licentiam commiscendi viris suis infra dies purificationis
Venit et vir
dixit eis Transgredi facitis populum domini et
tepide arguebat eos Venit
autem vir dei ad
Hely angelus
secundum Hebreos
et ait ad eum
loquens locutus
sum ut domus patris tui ministret
in sempiternum

Hebrei autem dicunt hunc
virum fuisse Phinees quem etiam Heli
an putat esse et hec dicit
fuisse Hely ante tempus
Samuelis

Absit hoc a me sed quicumque honoran-
tes me glorificabo et qui contempne-
tes assiria terre precidam
brachium domus patris tui, id est auferam
sacerdotium de domo tua
per quod debebatur ei armis dex-
ter et videbis emulum tuum

prius scilicet cum venit sanctus sanctorum
scilicet infra videbis

in templo Quod factum est
in diebus Salomonis cum Sa-
doc qui fuit de Eleazar fa-
ctus est sacerdos abiecto Abi-
athar qui fuit de Ythamar
Quidam tamen autumant trans-
latum esse sacerdotium ad Samue-
lem qui non fuit Aaronita
Sed neque legitur Samuelem fuis-
se sacerdotem nec Aaronitas
amotos a sacerdotio usque
circa tempora Machabeorum
Quod autem addidit vir dei in
grana pro domus tue morietur
forte impletum est in presbi-
tero? occubuerunt filii eius in bel-
lo Sol qui Saul sacerdotes
Nobe interfecit et in signum
future veritatis predixit eius u-
na die filios eius morituros
Puer in diebus illis erat pre-
ciosus domini, id est carus

De tercio vocat dominus Samuelem

Factum est autem Hely iace-
bat in loco suo et oculi
eius caligaverant nec pote-
rat videre lucernam domini an-
tequam extingueretur Quod
mirum videtur Non est enim
ados aliquis senex quin
clarius videat lucernam ar-
dentem quam extinctam propter lumen
cum senectutes oculis clari-
us videat ad lucernam quam ad
diem Quidam sic exponunt
Non poterat videre lucernam
dei, hoc est antequam extingue-
retur Samuel autem dormie-
bat et supponendat a'. Hic
Hieronymus videtur consentire Hebre-
is qui distingunt ibi Nec
poterat videre et subiungit
lucerna dei nondum extingue-
bat et sic sequitur quod Sa-
muel autem dormiebat in tem-
plo domini, id est in thalamo iuxta
thabernaculum ubi solus cum
Heli sacerdote dormiebat
Non cum nossit quum dominus vi-
sitat ad Heli dicens Vocasti me
et falsum dixit scilicet non est me

Omnis scilicet quantum ad tribum et quantum ad
familiam ut large accipiatur Aaronita
scilicet tempore Messa

atque et ait Hely Non vocavi te
revertere et dormi Et factum est
et ait Dormi similiter Non-
dum enim Samuel sciebat do-
minum id est non habebat consuetudi-
nem audiendi dominum Cumque vocas-
set eum dominus tercio iterum abiit
ad Hely et intellexit Hely quod
vocasset eum dominus et ait Si
deinceps vocaverit te Dices
loquere domine quia audit servus tu-
us Cumque vocasset eum dominus dormi-
entem dixit Loquere domine et
indicavit ei eandem comminacio-
nem in domum Hely quam prius
fecerat per virum dei Non tamen
putandum est irritam fecisse pro-
missionem quam fecerat dominus A-
aron de sacerdocio sempiter-
no promissionibus enim dei semper
addenda est condicio quemadmodum po-
sita est Si custodierint filii tui
testamentum meum et cetera Videtur
velle Iosephus dominum id ter vocasse
Samuelem ut prefiguraret
tres ipsius dignitates futuras
Fuit enim propheta qui ab hac
vocacione dicit eum habuisse
Fuit quoque iudex abstulit quoque
sacerdocium eo quod parvulus esset
Ichabath nepos Hely Mane
adivit Heli Samuelem
ut indicaret ei promissum ser-
monem domini et indicavit ei o-
mnia et ait Hely dominus est quod
bonum est in oculis suis faciat
Crevit autem Samuel et
cognovit universus populus Israel
quod fidelis propheta Samuel
esset domini Et consuluit eum
omnis populus in verbum dei
Preceperat enim dominus ut abi-
cerent divinos et ariolos et
[illegible] et suscitarent a filiis
suis verbum domini De morte
Hely et filiorum eius et ca-
pcione arche
Et factum est convenerunt
Philistiim ad pugnam
in Affec qui dicitur locus preteriens
ad Ezrael ut
civitatem que vocat Iosephus
Amphesemite

Israel quoque egressus est in plurimum
iuxta lapidem adiutorii quod
per prolempsim id est per anticipa-
cionem dictum postea prebuit Et
victus est Israel et ceciderunt de
eo quasi quatuor milia virorum
Et dixerunt seniores Afferamus
de Sylo archam domini sede-
ntis super cherubim Et ideo di-
ctum est sicut et in psalmo qui
sedes super cherubim quia gra-
cia domini apparebat ibi At-
tulerunt archam et venerunt
cum ea duo filii Heli Nam et
Fineës iam fungebatur officio
suo et acceperant mandatum
ab Heli ne ad eum redirent si-
ne archa Et timuerunt Phi-
listiim et acrius pugnaverunt Fu-
git quoque Israel et cesa sunt ex
eo xxx milia peditum et ar-
cha domini capta est et duo filii
Heli mortui sunt Currit autem
puer Beniamita de acie et
indicavit in Sylo quod factum erat
Heli autem sedebat contra viam
que ducebat ad castra spe-
ctans id est auscultans Iam enim ce-
cus erat ut tradunt Hebrei et
nonagenarius Cum audita stra-
ge populi et morte filiorum que-
vit Cum autem audisset archam
captam cecidit retrorsum et fra-
ctis cervicibus expiravit Nurus
autem eius uxor Finees pregnans
erat et pre dolore incurvavit se
et peperit filium vii mensium ut dicit
Iosephus Et vocavit eum Ichaboth
inglorium dicens Translata est glo-
ria domini de Israel Porro Heli
iudicavit Israel xl annis Cui
concordat Iosephus lxx et Para-
lipomenon dicunt xl Potest dici
quod post Samsonem fluxerunt
xx anni sine iudice qui congre-
gati sunt annis quibus iudicavit
Heli Quidam tamen dicunt xx
annos quibus iudicavit Samu-
el aggregandos annis Heli magi-
sterii verum annis Samuel cum
annis Saul ascribunt Hec
potuit fieri ut Heli factus

uideo transtulerit sacerdotium de
domo Eleazar. Eleazar quidem
successit Finees cui successit Ba-
zi. Cui successit Ozi. Et translatum
est sacerdocium

Incidencia

In diebus Heli fuit tercius rex
Latinorum Silvius postumus
filius Enee et Lavinie a quo de-
inceps Latini reges Silvii deno-
minati sunt. Ascanius heredem re-
liquit adhuc parvulo suo filio
Iulio a quo Iuliorum familia et
originem traxit et nomen. He-
ctoris filii Ylium receperunt ex-
pulsis posteris Nestoris.

De remissione arche

Tulerunt autem philistim archam
domini in azotum. Et statuunt
eam iuxta Dagon quasi trophaeum
et surgentes diluculo invenerunt
Dagon prostratum in terra ante ar-
cham et quasi adorantem ut di-
cit Iosephus. Et restituunt eum in lo-
cum suum. Rursum mane sequen-
te invenerunt eum prostratum. Caput
vero et manus eius abscise a
trunco iacebant super limen. Ob hoc
nullus ingrediens templum in a-
zoto calcat super limen usque in
hodiernum diem. Et aggravata
est manus domini super azotios et
percussit eos in secretiori parte na-
ture et computruerunt prominentes
extales eorum. Quod Iosephus dicit
factum esse ex crudeli passione
dissenterie ita ut putrefacta ege-
oneroſus regi Det mihi regionem
locorum in quo habitem Et de-
dit ei Achis Siceleg que
exinde facta est regnum iuda
Et habitauit Dauid in ea
quatuor menſibus et xx diebus
Et agebat Dauid predas
de uicinis Philiſteorum cir-
cumſtantibus qui non erant
de poteſtate Achis virum et mu-
lierem non adducebat capti-
uum ne forte loquerentur adu-
ſum eum Cumque quereret A-
chis quos inuaſerat aie-
bat ſe depredatum eſſe habita-
tores ad auſtrum iude et in
campeſtribus

(margin: ne grauaret a rege in ſumptibus ſuis)

(margin: forte occidebat eos ne accuſarent eum)

De ſuſcitatione ſamuelis

Factum est eo tempore con-
gregati ſunt Philiſte-
i ad prelium contra israel Et
ait Achis ad Dauid Me-
cum eris in caſtris tu et
viri tui Ergo cuſtodem capitis
mei pono te per cuncta Con-
gregauit etiam Saul
vniuerſum israel et uenit in
Gelboe Samuel autem
mortuus erat hoc ideo re-
petitur hic ut oſtendat angu-
ſtia Saulis in qua plurimum
eſſet ei neceſſarius Samuel
uel ut oſtendatur Samuel
uere mortuus qui in pro-
ximo erat ſuſcitandus
Tradunt enim necem poſ-

se suscitari arte phitonica .i.
recenter mortuum et adhuc in-
tegris vitalibus. Timuit itaque
Saul et consuluit dominum qui non
respondit ei verbum neque per
somnia neque per prophetas .i. per
discipulos Samuelis neque per
sacerdotes hebreos sed neque per do-
ctrinam per ephod in quibus e-
rat doctrina et veritas. Et ait
Saul servis suis. Querite michi
mulierem habentem phitonem. Ipse
enim occiderat magos et ariolos
et phitonicos. Unde tradit
Ieronimus quod Abner erat ab-
ner que latenter habitabat in En-
dor que civitas est iuxta fontem
in Endor Endor. Phitone quidam tra-
dunt esse artem suscitandi
mortuos sed phitonis adinvenit
q.d. Querite michi mulierem phitonicam
artibus illius qui cognovit hebreos
in quo legitur mulierem Tral
ad oph. Balath enim interpreta-
tur domina oph est nomen artis il-
lius. Mutavit itaque Saul ha-
bitum suum et venit ad mulierem
nocte cum duobus viris et ait.
Suscita michi quem dixero tibi.
Que respondit. Nosti que fecerit
Saul magos. Quare ergo in-
sidiaris anime mee. Quidam cre-
dunt Saulem oblitum eos de-
levisse quia preconabant David
futurum regem. Iuravit autem ei Sa-
ul quod propter hanc rem nichil
mali pateretur. Vel dixit ut
suscitaret Samuelem. Videns
autem mulier virum factum. Conster-
nata est et ait. Quare imposuisti
michi. Tu enim es Saul. Hoc e-
nim Samuel indicaverat ut
ait Iosephus. Quidam fabulant mor-
tuum magice suscitatum a pe-
dibus primo moveri et surgere
nisi quando rege suscitante suscita-
tur. Tunc enim a capite sur-
git. Alii dicunt phitonissam non
posse suscitari nisi rege suscitante
Tunc indicavit ei Sa-
ul se Saulem esse et ait. No-
li timere. Quid vidisti. Et

Augustinus super hunc locum plane assit
quod malignus spiritus deo permittente
suscitatum Samuelem et fecit
konyradire ad corpus quod et ipse
di filium portavit dessto sic Man-

respondit. Virum senem
et gloriosum et amictum pal-
lio sacerdotali. Et intelli-
gens Saul quod Samuel esset
adoravit eum et ait anima
Samuelis ut dicit Iosephus. Quare
inquietasti me. Cui Saul ait.
Arcor nimis. Philistei pugnant
adversum me et deus non exaudit.
michi. Quid faciam. Cui respondit. Quid
me interrogas cum dominus re-
cesserit a te. Faciet dominus tibi
sicut locutus est. Tollet regnum
de manu tua et dabit illud
David. Cras autem tu et filii tui
mecum eritis .i. in numero mortuorum
sicut ego sum vel in inferno. De
hac suscitacione dicitur a quibusdam quod
spiritus malignus apparuit in specie
Samuelis vel fantastice ymagi-
nago eius ibi apparuit que di-
cta est Samuel. Tradunt qui-
dam quod deo permittente anima ipsius
tamen consimili corpore induta apparuit.
Alii vero quod corpus tamen suscita-
tum est cum spiritu vivifico ut bru-
tum animal quod enim cetera anima in lo-
co suo quiescente. Hoc audiens
Saul prostratus est in terram. Pre-
timore nec comederat panem
die illa. Et coegit eum mulier
et servi eius ut comederet. Cui
cum comedisset rediit ad castra
per noctem. Noluit enim sciri quod
consuluisset phitonissam.

Cap. David vicit amalech

Congregati sunt ergo
Philistiim in Affech et
Israel castrametatus est super fon-
tem qui erat in Iezrael. Sa-
trape vero Philisteorum viden-
tes videntes David et suos
esse cum Achis dixerunt. Qui
sunt Hebrei isti in loco suum stantes
ne forte cum ceperimus prelium fiat
nobis adversarius et in capitibus
nostris mereantur reddi gratiam David
suo. Tunc ait Achis ad David.
Vivit dominus quia rectus es in conspe-
ctu meo. Sed satrapis non places.
Surgite de nocte et abite

diluculo. Abiit ergo Dauid
cum suis in Syceleth die ter-
cia. Amalechite uero interim
impetum fecerant in Siceleth
et succenderant eam et captiuas
duxerant mulieres et paruulos et v-
niuersam predam. Planxit ergo
Dauid et populus qui erant cum
eo donec deficerent in eis lacrime
et volebat eum populus lapidare.
Confortatus autem Dauid in
domino consuluit dominum per Abiathar
dicens. Persequar latrunculos hos
et comprehendam. Qui dixit.
Persequere. Comprehendes et redu-
ces predam. Abiit ergo Dauid
et sexcenti cum eo. Et uenit ad tor-
rentem Besor et ibi ducenti lassi
substiterunt ad sarcinas ex man-
dato Dauid. Cumque alii transis-
sent inuenerunt puerum egipcium
fame deficientem quem reliquerat
dominus suus vir Amalechita
cum egrotare cepisset. Hi
dederunt ei cibum et reuersus
est spiritus eius. Et ait ad eum
Dauid. Potes me ducere ad cu-
neum istum? Qui ait. Si iuraue-
ris mihi quod non occidas me nec tra-
das in manus domini mei ducam.
Et iurauit ei Dauid. Et eo
ducente inuenerunt hostes epulan-
tes et quasi diem festum celebran-
tes. Et percussit eos Dauid a
uespere usque ad uesperam alterius di-
ei. Nisi cccc adolescentes
euaserunt in camelis. Eruit ergo
Dauid omnia que tulerant Amale-
chite ab homine usque ad pecus.
Dicitur quod in hac victoria pre-
buerunt illi auxilium vii principes
militum de Manasse qui confuge-
rant ad eum dum rediret in Si-
celeth. Plurimi enim uenerant ad
eum tamen de Iuda et Benia-
min. Porro cum redissent ad
ducentos uiros qui lassi substite-
rant salutauit eos Dauid pa-
cifice et indignati sunt quidam
qui cum eo ierant dicentes. Suf-
ficiat unicuique uxor sua et filii de

preda nichil dabimus eis.
Et ait Dauid. Non audi-
et uos quisquam fratres mei in ser-
mone hoc. Equa pars erit de-
scendentis ad prelium et rema-
nentis ad sarcinas. Vero ait
Quia ait qui lassi manserit quam
lassis in lxx dari de parte pre-
de. Et factum est hoc ex die illa
et deinceps quasi lex in Israhel
usque in diem hanc. Venit er-
go Dauid in Siceleth et mi-
sit dona de preda senioribus Iu-
da et proximis suis et reliquis
in quibus commoratus fuerat
ipse et viri eius.

Idem lex in N... B. duos precepisse moysi c[apitulo] lonitas e dua ad Moysen

De morte saulis et filiorum eius

Porro Philistei pugnabant
aduersus Israhel. Saul qui
strenuus et prudens fuerat fes-
tinabat ad mortem et viriliter
dimicabat. Soli quippe ma-
gnanimes rerum terribilium
sunt contemptores. Hec ma-
gnanimitas maxime conue-
nit regibus quos per cuncta prin-
cipatus non solum malos non
licet esse circa subiectos sed
nec mediocriter bonos esse.
Fugerunt autem filii Israhel a facie
Philistinorum et ceciderunt
in monte Gelboe et percussi
sunt tres filii Saul Iona-
thas Iessui Aminadab Mel-
chisua. Isboseth autem domi erat.
Cumque grauis esset vulnera-
tus Saul dixit ad armigerum
suum. Percute me gladio tuo ne
forte incircumcisi isti illudant
mihi viuenti et postquam inter-
fecerint me. Noluit ar-
miger. Et irruit Saul su-
per gladium suum. Adeo enim defe-
cerat quod non potuit se transuer-
berare. Quod videns armi-
ger suus irruit et ipse super
gladium suum. Hic fuit Doech
Ydumeus ut aiunt Hebrei quem
timuit esse superstitem regni
[illegible] Dauid. Et mortui sunt
omnes domestici Saulis qui
erant cum eo. Videntes autem

Des fuit igitur defecit stare super Amminadab

Hic fuit qui accusat apud Saul ubi supra c. li. c. Moue de gad

Ruben Gad dimidia tribus
Manasse

Incipit 2us liber Regum

filij isrl qui trans fluuium iordanis
erant Stragem suorum egres
si de ciuitatibus suis fugerunt Al
tera die uenientes Philistei ut spo
liarent interfectos expoliauerunt
Saul armis suis et filios eius
et precisa capita eorum cum ar
mis miserunt in terram suam per cir
cuitum ut annunciaret hoc in tem
plo ydolorum et in populis Et po
suerunt arma eius in templo Asta
roth Caput vero in templo Da
gon ut in Palipomenon legi
tur Corpus vero eius et filiorum
suspenderunt in muro Bethsam
qui in oculis isrl' Est enim ciuitas
Philistym in terminis ysl' Si
aut de Iabis Galaad quos li
berauerat Saul ab Amonitis am
bulauerunt tota nocte et tulerunt
cadauera de muro Bethsam et
combusserunt ea igni et sepe
lierunt ossa in nemore Iabes et
planxerunt eum vij diebus ieiu
nantes Nota quod in Palipomenon
legitur Mortuus est Saul propter i
niquitates suas et additur qui i
nimicum precepti et insuper Phitonis
sam consuluit propter quod inter
fecit eum dominus In precepti ma
gnitudine multi non attendunt
et regnauit Saul viuente Sa
muele xviij annis et eo mor
tuo duobus annis hos annos
in sacra scriptura non annota
uit a Samuele propheta incipiunt
tempora noiatorum prophetarum
sicut a Saule tempora regum
ysrl

Incidencia

In diebus illis apud latinos
quartus regnauit silius E
neas filius Postumi Alia hy
storia quartum ponit Siluium
latinum ut prius fratrem Postumi et
quintum Siluium Eneam hys tem
poribus homerum fuisse quidam di
cunt de quo magna dissonan
cia est apud ueteres Crates

ponit eum ante descensum he
raclidarum in Peloponesium
urbem Eristotenes Cente
simo anno a captiuitate Troye
Aristarcus et Philochorus pre
emigracionis ponit Apollo
dorus athemensis ctoclo
anno custonibus plus Alij modico
tempore ante olimpiades in
petent

De planctu dd super saul et Ionathan

Factum est post mortem Sau
lis Adolescens fugiens
de prelio uenit ad Dauid in
Siceleg et adorauit Cumque
indicasset ei populum uictum et Sa
ul cum filijs suis mortuum ait
Dauid Unde scis quod mortuus
est Saul et Ionathas filius e
ius Cui reddit Vidi Saul
innitentem super hastam suam et
hostes appropinquabant ei Cumque re
spexisset quis nam essem et dixisse
Amalechites sum ait Inter
fice me quia presilitus es ne cir
cundant me incircumcisi et irridea
nt me quia viuere non poterat Et tu
lit dyadema quod erat in esse sa
lebat in capite eius et armil
lam de brachio illius et attu
li ad te dominum meum Aiunt hebre
i hunc fuisse filium Doech ydu
mei cum pater suus prius renuerit
super gladium suum tradidit ipse
insignia regis que custodiebat
ut ferens ea ad dauid redderet
eum sibi placabilem Nec ob
uiat quod pater ydumeus et filius
Amalechites dicitur cum Amale
chite fuit ydumei Amalech
enim fuit filius Eliphath filij
Esau Dauid ergo et omnes
qui cum eo erant sciderunt uesti
menta sua plangentes et ie
iunantes usque ad uesperam se
cundum legem Et ait Dauid
ad nuncium Quare non timuisti
mittere manum tuam in xpm do
mini Et tunc locutus est circa te et

iubente David unus de pue-
ris eius occidit eum Et precepit
David ut pres docent filios
suos arcum i arte sagittandi
eo quod audierant populum a sagitta-
riis interfectum Scriptum est in
libro iustorum hic liber non habetur
sicut nec plurimi alii qui fit mentio
in veteri testamento quos combustos
credimus a Babilonis Sunt qui
dicunt hunc librum dici librum iusto-
rum eo quod de iustis agit i Samu-
ele et David Alii dicunt Pe-
thaneum librum iustorum ubi conti-
netur artem sagittandi utilem
esse quod dicit Iacob se tulisse a-
rcum de manu Amorrei in gla-
dio et arcu Iudei legunt iusto-
rum neulit et dicit librum iusto-
rum quod agit de hiis que sunt
iusta s. qui librum iudicum ut sit
sensus Hic precepit David
artem illam servandam sicut ser-
vatur quod scriptum est in libro iusto-
rum Tunc planxit David
carmine lugubre super Saul et
Ionatham et creditur metrice
appositum fuisse et est continen-
tia huius carminis tripartita Primo
ait de loco ubi facta est strages
et imprecatur ei Secundo commendat Sa-
ulem Ionatham Tercio specialiter
commendat Ionatham ostendens quantum
dilexit eum Nec abesse
si aliquid plus Aliquid singulariter
de eadem morte loquitur Est enim
unius mons plures habens colles
ubi sunt Montes Gelboe
nec ros nec pluvia veniat super
vos Iudei dicunt super te scilicet
legentes literam Montes Gel-
boe subaudi ne nobis propterea in-
ferunt nec ros nec pluvia ce-
ciderit super te Montes hic ut dicit
ubertim prius fuerat et imprecatur
eis non ariditate sed sterilitatem
quasi arida essent Unde subdit
Neque sint super vos agri pri-

ciarum i fructum optimorum
sicut prius Alii dicunt prophetiam
esse que impleta est in die-
bus Helie Alii dicunt in tanto
omne maledictione nec anno nec pro-
fuisse sed per maledictionem confir-
matum planxit quod David
Saulem eo quod ullit esset in-
fectus licet unctus esset oleo
Et subdit causam hic neque a
sanguine interfectorum et aba-
dipe fortium i per sanguinem sa-
cerdotum quos occidit in No-
be Hebrei tamen inchoat versum
ita A sanguine interfectorum
ab adipe fortium Sagitta
Ionathe etc De secunda uncti-
one David in regem

Post hec ex responsa do-
mini ascendit David
in Ebron et habitavit ibi cum
duabus uxoribus suis et domo
sua Viri quoque eius manserunt
in opidis Ebron et unxe-
runt eum viri Iuda in rege
super tribum Iuda Hic inchoat quarta etas
quarta etas non primo regum
Iudeorum ut quidam volunt
quod hic inchoasset a Saule
sed per innovacionem promissionibus que
patribus olim data erat de
Christiano quod prefiguratum est in
David iuravit dominus David
veritate de fructu ventris eius
sessura super sede sua Nunci-
atum quod est David quod Ia-
bite sepelissent Saul et nu-
ncavit eis dicens Benedi-
cti vos a domino qui fecistis miseri-
cordiam domini vestri Retribuet vobis
dominus sed et ego retribuam nec
timeatis quia non habetis rege
quod unxit me domus Iuda
regem sibi De Regno Isboseth

Abner autem princeps exer-
citus Saul tulit Isbo-
seth et circumduxit eum per ca-
stra i ubicumque dispersus erat
exercitus et creavit eum

regem sup reliquas tribus
Vel per castra intellige Ma-
nam locu munitissimu ubi
promovit eum in regem E-
rat aut Isboseth tunc xl an-
norum et duobus annis regnat
sup isrl David vero vii annis
et sex mensibus regnavit in
Ebron sup domum Juda E-
o tpe ortum e intestinum bel-
lum inter Hebreos Porro
egressus e Abner et pueri
eius de castris in Gabaon
Joab aut et pueri David oc-
currerunt eis ad piscina Ga-
baon et convenientes inter eos
quos xii tm ex utraque pte pug-
narent in medio exercitu Et
apprehenso unusquisque capite
compris sui defixit gladium
in latus eius et ceciderunt
simul Elchar dictus e locus
ille ager robustorum Jose-
phus videtur velle quod Pueri
David supstites occiderunt
compares suos Ortum e aut
bellum inter reliquos et fu-
git Abner cum suis Erant
aut ibi cum Joab duo fratres eius
quorum Azael velocissimus quasi
unus de campis psequebatur
Abner instantissime
Cui Abner Noli me sequi
Ne compellar confodere te et
non potero levare faciem meam
ad Joab Ille vero noluit decli-
nare et percussit eum Abner
aversa hasta i
in inguine cum ligno posteriori cum
mucrone haste vel versa ad
eum hasta Persequentibus
aut Joab et Abisay sol oc-
cubuit fugiente Abner et
venerunt ad colle aque du-
ctus in cuius summitate congrega-
ti sunt Abner filii Benia-
min in cuneum unum Et ait
Abner ad Joab Nunquid
usque deseuire usque ad dele-
tionem fratres tuos Anguo-

ras quod non esse maior ingulis
qui prius hostem Lessavit
ergo Joab et eius exercitus per-
sequi eos Porro Abner
cum suis nocte illa transiens
Jordanem venit ad Isboseth in
Manaim Joab vero et viri e-
ius tulerunt Azael et sepe-
lierunt eum in sepulcro patris
sui in Bethleem et redierunt
ad David in Bethleem E-
bron

De filiis david

Facta e ergo longa conten-
tio inter hos reges et
David crescente Altero decre-
scebat Nati quoque sunt filii Da-
vid in Ebron Primogenitus
Amon de Achinoem Secun-
dus Celaph de Abigail Ter-
tius Absalon de uxore gentili
Maacha scilicet filia Tholomei
regis Jessur Quartus Adonias
filius Aggith Quintus Zapha-
tias filius Abigail Sextus
Jethraam que Josephus dicit Na-
than de Egla uxore sua
qua Hebrei aiunt fuisse Mi-
chol que sola dicitur uxor eius
quia in adolescentia prima sor-
titus e uxorem quod non videtur
posse stare cum in sequentibus
legatur Michol irrisisse sub-
sannasse David saltantem De
qua non e ei natus filius De-
david usque in diem mortis sue
quia in ipso partu occubuit Et
potuit fieri ut vicina partui
de urbe descenderit In Ebro
ut ibi pareret tempore in principio
laceo regni

De interfectione abner

Eo tempore factum e quod Ab-
ner intraret ad concubi-
nam Saulis Resfam pul-
cram nimis ob hoc irrigatus
e apud eum Isboseth Primo ab-
probrio domus sue Et timens
nefarie cum concubina usur-
paret sibi regnum Et iratus
Abner ait ad eum Nunquid
canis caput ego sum hodie

Joab

aduersus Iudam propter te q.d. Propter te Iudeis licet me quasi caput canis mortui uel ita propter te factus factus sum caput canum .i. princeps irrationabiliter latrancium contra regem Dauid Et misit Abner ad Dauid nuncios dicentes Cuius est terra q.d. Nonne terra est in manu mea Fac mecum amicicias et reducam ad te uniuersum Israel Qui ait Optime faciam tecum amicicias sed non uidebis me antequam reduxeris Michol filiam Saul Misit autem Dauid ad ysboseth ma-

Iste Phalti doctus erat in lege et ideo nolebat uxorem alterius violare et propter hoc nominatur sua aspectu quod est nomine dei quia pro timore et reuerencia dei et lege abstinuit

Hebrei dicunt

daut Da- uid ut remit- tet ei uxorem suam Mi- chal Tule- runt ergo eam a uiro suo Phaltiel qui sequeba- tur eam plorans usque Bauri Non eam cognouerat eam ex eo quod illa dili- gens Dauid semper

triste erat Et locutus est Abner ad seniores Israel et maxime ad Beniamin ut transirent ad Dauid quem elegerat dominus uel ascendit Abner ad Dauid in Ebron et susceptus est ab eo magnifice et ait Surgam ut congregem ad te uniuersum Israel Cumque abisset in pace Ecce Ioab et pueri Dauid redierunt cesis latronibus cum preda magna nimis Et dictum est Ioab de aduentu Abner et de pace cum rege Qui cum temptasset mutare animum regis dicens Intrauit Abner ut deciperet te et non acquieuisset rex Misit nuncios post Abner qui rege re-uocante eum Et reduxit eum et portes reuertenti seorsum adduxit eum quasi secreto loquturus et percussit eum in inguine et mortuus est quia in ulcionem fratris sui Asaelis et quia timebat ne fieret secundus a rege Quod cum audisset Dauid ait Mundus ego sum et regnum meum a sanguine Abner et ueniat super caput Ioab Non deficiat de domo Ioab fluens semen Et leprosus tenens fusum .i. effeminatus et cadens gladio et indigens pane

muscas quod fit de foliis palmarum et uoluitur inter digitos instar fusi Scidit igitur Dauid uestimenta sua et fleuit super Abner et omnis populus qui erat cum eo et iurauit absque ieiunio usque ad uesperam et ait Nescitis quia princeps maximus hodie cecidit in Israel Ego autem delicatus .i. iniciatus rex maxime indigebam auxilio istius Porro filii Saruie duri sunt

De morte ysboseth et unctione tercia dauid

Cumque audisset ysboseth de morte Abner dissolute sunt manus eius et omnis Israel conturbatus est Duo autem uiri principes latronum erant ysboseth Bana et Rechab de filiis Beniamin qui irati recesserunt ab ysboseth et uenerunt ad miphiboseth filium Ionathe ut facerent eum regem qui noluit primo prodidit eorum consilium Quidam uero tradunt quod ysboseth offensus erat eis quia dicebant quod miphiboseth debet rex esse cum filius esset primo- c. iiij

gerentes singulis. Erat iste
Miphiboseth claudus et utroque
pede. Quinquennis enim erat
cum nunciatum est ei de morte Sau-
lis et Ionathe. Et tollente
eum nutrice ut fugeret ceci-
dit et confractus est. Porro Ba-
naa et Recab ingressi sunt
domum Isboseth ferentes spi-
cas tritici quasi permutaturi re-
gi. Hostiaria autem domus obdor-
mierat. Et invenientes Is-
boseth dormientem in meridie
interfecerunt eum. Et at-
tulerunt caput eius ad Da-
vid in Ebron dicentes: Ecce
caput viri qui querebat animam
tuam, estimantes se munera ac-
cepturos a David. Et ait
David ad eos: Interfecistis
virum innocentem, sanguinem do-
mini vestri fudistis, et ideo aufe-
ram vos de terra. Et pre-
cisis manibus et pedibus eorum
suspenderunt eos super piscinam
vel sentinam (?) in Ebron. Caput
vero Isboseth sepelierunt in se-
pulcro Abner. Et convene-
runt omnes de Israel ad David.
Et percussit cum eis fedus et
unxerunt eum in regem super om-

et vi mensibus super Iudam sub-
audi. Specialiter. Nam si sta-
tim post Isboseth regnavit in
Israel non nisi duobus annis re-
gnavit in Iuda. Sed aiunt
Hebrei eum regnasse in E-
bron quibusdam annis adhuc Sau-
le vivente quia domus Iuda ia(m)

asscribebat eum in regem et
ipse mittebat eis munera quasi
subditus. In Iherusalem autem regnavit xxx-
iii annis super omnes populos (?).
Si queratur quare de summa
regni subtrahantur vii menses a-
it Hebreus (?) et nichil dignum re-
ge fecisse vel quia Absolon per-
secutus est eum vii mensibus et tunc
quasi non regnavit David.

Quomodo expugnavit Iherusalem
et munivit

Postea collecto exercitu
ascendit in Iherusalem ut expugna-
ret Iebuseum. Qui imposuerunt
cecos et claudos super murum
in derisione David dicentes:
non ingredieris huc nisi abstuleris
cecos et claudos, quasi diceret: Ci-
ves et urbs fortis quod sufficimus
auxilio non indigemus. Alii di-
cunt eos imposuisse ymagines
super murum quas dixerunt ce-
cos et claudos, id est nichil agen-
tes, quasi diceret: Etiam nobis nichil
agentibus intrare non poteris. Alii
serpos (?) dixerunt cecos et clau-
dos quia debiles et [illegible]. De-
reputabat eos David. Ce-
terum ex hoc in publico dictum est:
Cecus et claudus non intrabunt in
templum dei. Primo simpliciter
in lege prohibitum erat cecum
et claudum intrare ad offerendum. Post-
ea usum est in publico. Porro
cum iam [illegible] in muro Ce-
dos dicebat energice (?) Ce-
cus et claudus non intrabunt po-
nentes cecitatem et claudicaci-
onem pro quibus in insidiam. Por-
ro civitatem inferiorem obtinuit
David tradente eam [illegible] non pos-
set arcem Syon obtinere non pos-
set. Proposuit in premium prin-
cipatum milicie illi qui pri-
mum percuteret Iebuseum et tan-
geret domatum fistulas, id est tecto-
rum canales per quos defluunt stil-
licidia. Alii dicunt fistulas cu-
niculos subterraneos per quos

erat ascensus usq ad tecta
Multe itaq festinatis Joab
preuenit omnes et clamauit
ad regem exigens militie pri-
cipatum Et obtinuit p Da
uid arcem expulsis omnibus Je-
busseis pt' Syna et edifica-
uit p circuitu eius a mtem-
seq incipiens a Mello et pter
illa ciuitas uocauit ciuitatem
Dauid Reliqua urb' ptem
extruxit Mello at erat
papicum et qui quedam pfunda
vorago uallis Porro ipa
ciuitas Dauid p'ea uocata e
Mello et edificauit Dauid
in ea domum pram rege tyri
ferente ei auxilium mittendo
ei ligna cedrina et artifices
Porro Dauid accepit ali-
as uxores et nati sunt ei
filii in ierlm et int quos enu-
tur Nathan alius scz Jona-
than pheta que ei Dauid ad-
optauerat pg morte pris Et
no qr ierlm usq ad Melchi
sedech dicebat Jebus a quo
dicta e Salem Postea a
Dauid dicta e Jebussalem sed
pg mutata b in r dixit Jerlm qi
muitas salem Jerog enim he-
braice munitio e Tradit Jo-
se. Cy hac lre munitionem ab
homero fram quida putat pg
ea dicta e a Salomone Je-
rosolima et tand p sincopa
Jerosolima Qm dauid uicit phi-
listeos

Audientes at Philistei
Dauid regnare sup isrl
ascenderunt omnes ut quereret
Dauid et castrametati sunt
i ualle Raphaym no pcul a
Jerlm Et egressus e ad eos
Dauid ex responso domini et
pcussit eos in ore gladii et di-
uisit eos hac et illac in fu-
gam Vñ hac uocatus e locus

Baalpharasim i' pcurore di-
uisio Qui at ibi fugientes
reliquerat ydola sua que tu-
lit Dauid secum et combussa-
uit Et addiderunt adhuc
Philistym ut ascenderat
i valle Raphaym et posu-
erunt ydola sua sub arboribus
pirorum Et ait domine ad
Dauid No ibis obuiam eis
sz gira pg tergum et uei-
es ex aduerso pirorum Hebre-
us hz flentium pdolore qe
digna sit fletu et cultores
suos ad fletum eternum tra-
hunt Cumq angelus domini i-
cedens sup cacumina pirorum
faceret sonitum irruit in eos
Dauid et pcussit eos us-
q ad Gazer

De reductione arche in ierlm

Porro fecit Dauid tha-
bernaculum in domo
suam ad reponendam archam
et posuit i eo quasdam de
uectibus cortinis tabulas
uo columpnas et bases p-
ores reparauit Et desce-
dit Dauid cum xxx milia
uirorum et posuit archam
sup plaustrum nouum et tule-
runt eam de domo Amina-
dab que erat in Gaba-
a i in colle uel Cariathia-
rim Nec e hic Gabaa
nome urbis uel loci sed
secundum interpretacionem suam
collem sonat Duo aut
filii Aminadab minabant
plaustrum Achio pcede-
bat et Oza sequebatur
Dauid at et omnes Isrl
psallebant coram archa
musicis instrumentis Cu-
at uenisset ad aream Na-
chor calcitrabant boues et
inclinata e archa et ex-
tendit Oza manum et te-

nuit eam et arruit dex-
tera eius .i. quā archam fer-
re debuit sicut pr eius ius-
serat et expiravit Et
vocatū ē nome loci percussio O-
ze Dicit Josephus cum percus-
sum qr tetigit archam cum
sacerdos non esset Aly dicūt
qr posuerat archā sup plau-
strū cum humeris portari
debuisset Hebrei tradunt qd
ea nocte dormierat cū uxo-
re sua Timuit itaqz Da-
vid ducere archā ad se et
posuit eam in suburbio .i. do-
mu levite Obed Quo au-
dito abiit David ut addu-
ceret archā in civitate cum
gaudio David at accinctus
Ephoth lineo psallebat co-
ram archa in organis arm-
gatis .i. ad armū ligatis Vel
secundū quosdā genus ē orga-
ni qd fit cum aqua Et vidit
eum psallentē Michol p
fenestram et despexit eum
in corde suo Cumqz posuisset
archā in loco suo Obtulit
David holocausta et pacifica
et benedixit pplo et partitus
ē p singula capita collirī-
dam panis unā et assaturā
bubale carnis et similā fri-
xam oleo Cumqz rediret
David in domū suā subsan-
navit eū Michol dicens
Qz glosus fuit hodie rex
Isrl nudatus qi unus de scu-
rris Et respondit David
Vivit dns Juda et humiliar
fiam an dum qui potius ele-
git me qz prem tuū Cumi-
abiem Michol nō ē natus
filius usqz in diem mortis
sue Quod inclusive legē-
dum ē .i. donec in partu oc-
cubuit Vel exclusive i-
nuqz Quod videtur Josephus
qui dicit eam de David

filios minime peperisse sed de
pro cū dederat eam prī-
mus sublatam a David v
filios habuisse qui intellige-
di sunt adoptivi Mortua
enī Merob sore sua v filios
eius adoptavit Michol

De victoriis David et officialibus eius

Factum ē cum sederet
rex in domo sua hns re-
quiem ab hostibus suis Di-
xit ad Nathan Videsne
ego habitem in domo cedrina
et archa dei posita sit in me-
dio pellium Faciā ei domū
et ait ei Nathan Fac qd
dns tecū ē Nescies quid dicet
Eadem nocte factū ē verbū
dnī ad Nathan Dic servo
meo David Non edificabit
mi domū qr sanguinarius
ē sz filius eius succedes ei
in regno faciet domū nomi-
ni meo et stabiliā thronū eius
usqz in sempiternū et ego e-
ro ei in prem et ipse erit
mi in filiū Hec promissio-
ne tamat qz salmus sit ha-
lomon hys audite gavisus
ē David de successione
regni et pepe ex eo grās egit
deo addens Ista enim ē lex A-
dam dne deus .i. lex homis ut
sit sollicitus de successione fili-
orū Vel ut grās agat de hec
beneficiis factū ē at post hec
percussit David Philisteos et
abstulit frenū .i. ptatem tri-
buti qr habebant Israel de manu
eorū Et percussit Moab et
mensus ē funiculo .i. cui voluit de-
dit hereditatē coequās eos ter-
re .i. valde humilians et mensus ē
duos funiculos unū ad occi-
dendū et unū ad vivificandū .i.
ad arbitriū suū quos voluit dedit
hereditate occidit quos volu-
it reservavit Et factus ē ei

Moab tributarius. Et percussit
Adadezer regem Soba cum
eum ferrent presidiu Syrii et
Damascus percussit ex eis xx
milia et posuit in Siria pre-
sidiu Ierusalem. At Areu Eumphale
fecit eam tributaria. Audiens
Thou rex Emath percussum
Adadezer hostem suum misit
ad david Iora filiu suu cum mu-
neribus et gratiarum actione quod hoste
suu percusserat. Cumque rediret
David a Siria occurrerunt ei
Idumei in valle Salinarum et
percussit ex eis xviii milia. Ieo-
corrigit xviii milia et in Iebe-
lez percussit David xviii mili-
a et posuit ibi ea presidiu fecit

In chermito fu-
it quedam tem-
plum edificatum
ydolorum ex ere
argento et auro
quo combusto me-
talla fluxerunt
et commixta sunt
Et quia maior pars
erea erat gene-
rali nomine vocata est
chaucum es cori-
thium

eam tribu-
tariam
Eius im-
pletum
est quod
dictum
est a Re-
becca
Maior
serviet
minori et
retulit
m...um

aurum et argentum multum in
vasis quod sanctificavit dominus in
fabricam future domus. Es
quoque corinthium sanctificavit de
quo fecit Salomon mare e-
neum columpnas et altare.
Porro Ioab erat super exerci-
tum. Iosaphath erat a commen-
tariis, id est scriptor gestorum. Scribe-
bat enim reges cronicam gestorum.
Sador et Abiathar erant sacer-
dotes. Saraia vero scriba, id est Can-
cellarius. Banaias autem erat super
Cerethi et Phileti qui erant
custodes capitis David. Hi di-
cuntur fuisse Ebree audientes le-
cere. ut Moyses elegit l-
xx viri Cethi sonat extermina-
tores. Phileti admirabiles fi-
lii. At David sacerdotes erant
i. dignitates pre ceteris post regem.
Sic dicit Ietro fuisse sacer-
dos Madian

De amphibosetb

A tercio q. dd. quam amonites et sirios

Et recordatus est David
federis quod fecerat cum
Ionatha et ait: Si aliquis super-
est aliquis de domo Saul
cum quo faciam misericordiam propter Io-
natham. Cumque accepisset su-
peresse miphibosetb filium Iona-
the debilem pedibus vocavit e-
um et restituit ei omnem pos-
sessionem Saul avi sui et
constituit eum comensalem suum
tamquam unum de filiis suis. Por-
ro Syba puer Saul cui
erant xv filii et servi xx
ex mandato david excole-
bat terram et referebat fructus
ad miphibosetb filius eius Mi-
cha. Factum est autem ut moe-
retur Naab rex Amonita-
rum et regnaret pro eo filius
eius Amon. Misit David
nuncios ut consolaret eum de
morte patris monens ut amici-
tie quas cum patre eius erant
permanerent. Cum enim da-
vid fugisset ab Achis sub si-
mulatione furoris a pre-
fato benigne susceptus est
i. fuerat collectus. Principes
autem Amon exarcunt re-
gem suum Nesciris quia misit
David ut videret ingressum
et exitum tuum et perciperet
te et terram tuam. Tulit ita-
que Amon servos David
et rasit dimidiam partem bar-
be eorum et precidit vestes e-
orum usque ad nates. Videntes
autem Amonite quod irritas-
sent David conduxerunt
filii milites de Syria Roob

et de Siria Sobal et a
rege Maacha. et a rege ys
tob Misit quod Ioab Dauid et
omnem exercitum aduersus eos Sta-
bant autem amonite ante ingressum
ciuitatis et Sirorum exercitus
erat in campo Ioab diuisit ex-
ercitum et partem tradens Abisai
fratri suo. partem vero retinuit et
irruens in Syros fugauit eos
in ore gladii Filii ammon videntes
amonite et ipsi terga dederunt
Abisay et receperunt se in
vrbem Ioab autem rediit in ierusalem
cum triumpho Videntes autem
Syri quod corruissent coram israel
collegerunt iterum exercitum am-
pliorem Dauid autem congregato
omni israel et transiens iordanem
direxit aciem aduersus Syros et
percussit ex eis currus et equi-
tes xl milia et Sobal prin-
cipem milicie Timuerunt Sy-
ri deinceps auxilium prebere filiis
amon Fecerunt quod pacem cum
israel et seruierunt eis De mor-
te vrie et pena dauid

Factum est anno vertente ei-
no tempore cum solent prin-
cipes reges ad bella procedere
Misit Dauid Ioab et vniuer-
sum israel et vastauerunt filios
Amon et obsederunt Rabath
Dauid autem remanserat in ierusalem
Accidit ut surgeret Dauid
de strato post meridiem et deam-
bularet in solario Vidit quod ex
aduerso Bersabee vxorem
Vrie filiam Helie filii Achi-
thophel lauantem se aqua fri-
gida Cuius speciem inspiratam
ad se vocatam cognouit Sta-
tim quod sanctificata est ab immundicia
a sua i. post coitum lauit se. Illa
concepit et cessauit men-
struus sanguis quam naturale
est reseruare post conceptum
in alimoniam fetus Quidam
tradunt eam tunc menstru-
atam esse et ad tactum re-

gis cessasse menstruum De
Ephirsamq quod cum vellet
Dauid Bersabee cognoscere dix-
it hoc Nathan in spiritu et festi-
nat ad Dauid ut prohiberet a-
tergo venirent multi et impedi-
uit eum multi Heliat Nam
in via inuenit hominem occisum
nudum iacentem et moram fe-
cit dum Ead nocte rex imple-
uit peccatum et lugit Nathan
Cuius accepisset Dauid ea
concepisse. reuocauit Vriam a
ingressu Ioab secundum Iosephum ab ex-
peditione ut ingrederetur ad v-
xorem et plures ei assideretur sa-
sciuit quod Dauid ab vrna descen-
tu belli mones ut intret ad
vxorem et paululum recrea-
ret se Non acquieuit Vri-
as et dormiuit ad ostium regis
Quaobrem vocauit eum Dauid
iterum et statuit eum secum
in mensa inuitans eum ad pocula
vsque ad ebrietatem sed nec sic
concitatus est vir desiderio vo-
luptatis et ait Archa domini et Israel
habitant in papilionibus et dominus
meus Ioab manet super faciem
terre et ego ingrediar in do-
mum meam per salutem tuam vel
non faciam hanc rem Certe
ego Dauid quod non intrat scri-
psit ad Ioab quod deliquisset in
eum Vrias ut poneret ipsum
in ea parte belli in qua pugna
instaret Cuius tulisset epistolam
mortis sue secundum mandatum
regis interfectus Porro Bersa-
bee accepta morte viri plan-
xit eum transacto quod luctu vo-
cauit eam Dauid et fecit
ei vxor et peperit ei filium
Tunc misit dominus Nathan ad
Dauid. qui proposuit ei parabo-
lam de diuite habente oues pluri-
mas qui rapuit pauperi vi-
ro ouiculam vnam quam habe-

bat ut de ea pareret cibos ho-
spiti qui supvenerat et indig-
natus rex in hominem illum dixit
Vivit dominus quoniam filius mortis
est qui hoc fecit ovem reddat
in quadruplum Et dixit Na-
than Tu es vir ille qui possessam
ovem
pauperis accepisti tibi et ut cel-
lares adulterium interfecisti
eum gladio filiorum Amon Prop-
terea hec dicit dominus Non rece-
det gladius de domo tua us-
que in sempiternum Ecce suscita-
bo malum de domo tua hoc us-
que factum est quando persecutus est
eum Absolon Primum vero in
divisione regni post Salomon
Et ait David ad Nathan
Peccavi domino Et descendens
de throno consistorii sedit in ter-
ra et quoniam vir decicola coram
omnibus confiteri peccatum non
erubuit Et ait Nathan ad
eum Transtulit dominus peccatum tuum
non morieris nec regnum amittes
Verumtamen filius qui natus est tibi
morietur quoniam blasphemare fecisti
inimicos nomen domini dixerunt
enim ydolatre vel dicere poterunt
Non est iustus deus israel qui Sa-
ul amovit a regno et substi-
tuit David cum David gra-
vius quam Saul peccavit Percussit
ergo dominus parvulum usque ad despera-
cionem vite et deprecatus est do-
minum David pro parvulo et ieiuna-
vit et iacuit super terram et no-
luit consolari Accidit autem die septimo
ut moreretur infans et videns Da-
vid servos suos mussitantes in-
tellexit quod mortuus esset Ergo
accepta lota facie et mutata
veste intravit ad dominum et ado-
ravit et exhilaratus comedit Et
admirati sunt servi quod contra
consuetudinem egisset et ait ad
eos Cum adhuc viveret puer
flevi et oravi ut viveret eo
mortuo quare flerem Nunquid
potero revocare eum Ego va-
dam ad eum ipse vero non rever-
tetur ad me Hoc autem age-
bat David ut consolaretur
Bersabee quam diligebat eam
Et procedente tempore genuit
ex ea filium quem vocavit Sa-
lomonem Misit quoque eum in ma-
nu Nathan qui vocavit eum pro-
pter
Dam. i. amabile domino

Igitur pugnabat Ioab con-
tra Rabath et expug-
nabat eam Misit ergo ad David
dicens Veni et cape civita-
tem ne nomini meo ascribatur vi-
ctoria Et aggregavit Da-
vid omnem populum et profectus
cepit urbem et vastavit
eam et tulit diadema de ca-
pite Melchon id est sonat
rex eorum et erat ydolum
Amonitarum et erat in diade-
mate gemme preciose et auri talen-
tum quod conflavit David
et fecit ex eo sibi diadema
in medio gemmarum statuens
sardonicem inparabilem Por-
ro reliquas civitates Amonita-
rum vastavit et incolas de
populo serravit vehiculis fer-
ratis et plures divisit cul-
tellis et traduxit in typo la-
terum

De thamar quam amnon oppressit

Factum est post hoc Susci-
tavit dominus malum in do-
mo. Nam quoniam Amon primo-
genitus eius diligebat Tha-
mar sororem Absolonis ex
utraque parte ita ut depe-
rit
in ea et egrotaret Huic erat
cognatus et familiaris Iona-
dab filius Semaa filius Da-
vid prudens valde quem
Iosephus Ionatham vocat Hunc
quidam arbitrantur fuisse Na-
tham Sed absit ut propheta
flagiciosum dedit consilium
Hoc ait ad Amon Quare

sic attenuaris in dies fili regis
quod cum debes succedere regi in re-
gnum. Et ait Amon. Diligo
Thamar sororem meam. Cui respon-
dit. Simula languorem. Cumque ve-
nerit pater tuus ad te visitandum. Dic
ei. Veniat oro Thamar soror
mea. Et faciat in pulmentum
ut comedam suavius de manu eius
Cumque venisset Thamar missa a
rege coxit in oculis eius sorbi-
tiunculas vel secundum Iosephum collirides
fricas. Et eiecit Amon a se
universos. Cumque intulisset Tha-
mar cibos ad eum in conclavi
apprehendit eam et ait. Cuba
mecum soror mea. Que ait. Noli
frater opprimere me. et facere obprobri-
um quem tuo misisti. Sed loquere
ad regem et non negabit me tibi.
Hoc aiebat ut subterfugeret
manus eius. Non enim prohibebatur e-
rat secundum legem ut quis duceret
sororem ex patre. Tamen quidam
determinant hoc dictum esse si
fuerint ambo eiusdem patris. Hec
autem fuerat de matre gentili Ma-
acha quam David ceperat in pre-
lio et cesarie et unguibus pre-
sis secundum legem duxerat
eam in uxorem. Et ita tradunt
illos potuisse fieri coniuges.
Noluit autem acquiescere Amon
et oppressit eam. et statim exo-
sam habuit eam. magis quam
ante dilexerat. et eiecit eam
a se rogantem ut apud eum ma-
neret et esset ei uxor. Cumque
eiecissent eam pueri Amon
aspersit cinerem capiti suo et
rupit tunicam talarem qua ute-
bantur filie regis virgines quam
ipse vocat Colobium manicatum
et impositis manibus super caput
ingressa est ad Absalon fratrem
suum eiulans. Cui frater ait. Ta-
ce soror frater enim tuus est et man-
sit in domo Absalon longo tempore
sustinens indignitatem.

De morte Amon et fu-
ga Absolon et reditu eius

Factum est autem post biennium ut
ascenderet Absalon ad tonden-
das oves et ait ad regem. Ve-
niat oro rex cum servis suis
ad convivium pueri sui. Cumque noluis-
set ne gravaret eum ait Absa-
lon. Veniat saltem obsecro A-
mon frater meus et filii regis cum eo.
Et abierunt cum Absalon. Cum-
que recubuissent pueri Absalon. ex pre-
cepto eius interfecerunt Amon
cum temulentum. Et ascendentes
filii regis mulas suas fugerunt
et pervenit fama ad David di-
cens. Percussit Absalon omnes
filios regis. Et scidit rex vesti-
menta sua et ait cecidit super ter-
ram. Ionadab autem quem vitabat
non latebat ait ad regem. Non
ne timeat dominus meus quoniam solus
Amon mortuus est. quem oderat
Absalon a die qua oppressit soro-
rem eius et ecce apparuerunt filii regis
et fleverunt cum rege planctu
magno nimis. Porro Absalon
fugiens abiit ad Ptholomeum
regem Gessur et fuit cum eo
tribus annis. Rex autem consolatus
super Amon interitu cessavit ul-
cisci Absalon. quod intelligens
Ioab qui diligebat Absalon in-
sit ad regem mulierem sapien-
tem Thecuam que putatur fu-
isse parua Amos prophete. et po-
suit Ioab verba sua in ore eius.
Cumque ingressa fuisset mulier ad
regem adoravit dicens. Ser-
va me rex. Mortuus est vir
meus et erant mihi duo filii et in-
terfecit alter alterum in agro.
Et consurgit universa cognacio ad-
versum ancillam tuam querentes animam il-
lius pro anima occisi et querunt exstin-
guere scintillam meam super terram.
Hec mulier posuit se in persona
et filias suas in persona Amon
et Absalon et cognacionem

suam in psona aliore filiorum
David Et ait rex ad eam
Vade in pace ego videbo pte
Quod cum non sufficeret mulieri
ait ad regem In me sit dne
iniqtas et in domu pris mei rex
at sit innocens q d Si putas i
niquid parce occisori in impute
tur et domui mee Cumque ita
rex pmissione non sufficeret mu
lieri instanter rogabat regem
Cui ait Vivit dns quod non ca
det de capillis filii tui sup ter
ram Tunc exponens ei mulier
similitudine ait Reducat ergo
dns meus abiectum suum Non enim
vult aiam perire deus et omnes
dilabimur tanquam aque que non
revertentur q d Mortuum filium
revocare non potes ad vitam melius
est ut revoces viventem quam alterum
vindicando utrumque pdas Et
ait rex Numquid manus Ioab te
cum est in iste Que vidit Ipse
posuit vba hec in ore meo At u
tem similitudinem sermonis huius Et
ait rex ad Ioab Revoca puerum
Absalon Cumque reduxisset Absa
lon in Ierusalem ait rex Non videat
faciem meam donec vocem meam
eum ne eo viso reminiscat in me
dolor filii Et mansit Absalon
duobus annis in Ierusalem et faciem re
gis non vidit Porro Absalon e
rat decorus nimis Cuius cesari
es secundum Iosephum tanta erat ut vix
octo diebus tonderi potuisset Quam
semel in anno tonsam ponderabat
cente siclis fforte huius ponderis e
rat tonsura eius vel hoc precio
emebant eam mulieres ut sub
ornaret crines suos Nati quoque sunt
Absalon filii tres et filia una
nomine Thamar Misit quoque semel
us ad Ioab ut intercederet pro eo
ad regem qui noluit venire ad
eum Misit quoque Absalon servos
suos ut incenderent segetem a
gri Ioab Quo facto venit Ioab
ad eum dicens Quid fecerunt
servi tui Cui vidit Aliter

hec te non poteram Absentare
intra ad regem ut videam
faciem eius Aliquin interficiat
me Et ingresso Ioab
ad regem notum est Absalon et
osculatus est eum rex

Quomodo absalon persecutus est david

Tunc cepit Absalon aspi
rare ad regnum Nam ce
lapsa ante eum gemitus vel
terris erat vel mortuus fecerat
sibi currum et equites et qui
precederent eum Et mane con
surgens stabat in porta et
blandiebat ascendentibus ad re
gem iudicium dicens Bona sunt
que dicis sed non est qui te au
diat constitutus a rege Quis
statuet me ut iuste iudicem et
clamabat ad se corda virorum
Post quatuor autem annos reversionis
ait ad regem dum essem in exi
lio vovi Si reduxerit me do
minus in Ierusalem sacrificabo dno
in Ebron Vadam ergo reddam
vota mea Et ait rex Vade
in pace Alia littera habet post quadra
ginta annos xl enim annos fluxerat ex
quo occisi sunt sacerdotes No
be qui ponuntur hic ut mascre
tur divina ultio suscitata sup
David eo quod Abimelech sa
cerdotem fefellit Abiit ergo
Absalon in Ebron utens con
silio Achitophel Gilonite qui fu
erat consiliarius David Et
egressi sunt cum multi de Ierusalem
rem ignorantes Cumque immolasset
hostias facta est coniuratio va
lida et augebatur populus cum
Absalon Quod cum accepisset
David ait servis suis
Egrediamur cito ne veniens
Absalon occupet nos et
percutiat civitatem Et egres
sus est rex et universa domus
eius nudis pedibus incedens
dimittens x concubinas ad
custodiendam domum et precede
bant regem Cerethi et Phe
lethi et sexcenti viri pugnatores

qui secuti fuerant eum de Geth
Ista creduntur beneficia prestitisse
David quando latuit in Geth et in
retribucionem dedat ab locum in
urbem Jose. Et illos dictas egres
sos cum eos qui cum ea essent. Et
ait rex ad Ethai Getheum fi
lium Achis qui primus erat inter
de tribus. Reduc fratres tuos in urbem
et habita cum rege quia heri venisti
et hodie compelleris exire. Re
spondit: Vivit dominus nichil in morte
nec in vita delinquam te. Et
transgressi sunt universi flentes
cum rege usque ad torrentem ce
dron et levite portantes ar
cham deposuerunt eam donec trans
iret populus. Et ascendit Abia
thar ad consulendum dominum qui
non respondit ei. Et ideo ait Da
vid ad Sadoc: Revertere in civita
tem cum archa. Ego abscondar
in deserto. Achimaas filius tu
us et Jonathas filius Abiatar
sint vobiscum per quos veniet
ad me sermo a vobis. Et redi
erunt cum archa. Cumque ascen
disset David clivum oliveti i.
montem occurrit ei Chusi ara
chites consiliarius eius. Et ait
David: Revertere et esto cum
Absalon et dissipabis consili
um Achitofel et quidquid audieris
in domo regis indicabis sacerdo
tibus qui dirigent ad me filios
suos. Et venit Chusi ad ab
salon in urbem. Cumque David pau
lulum processisset apparuit ei Si
ba cum duobus asinis ferens pa
nes et una passe et mas
sas polentare i. ficuum que in
tabulas quas palas dicunt con
pinguntur. Et ait Siba ad
regem: Asinas dixi ut inse
deant domestici regis et tu
li cibaria ut alant in deserto. Et
ait rex: Ubi est Miphiboseth?
Qui respondit: Remansit in urbem
dicens: Hodie restituet michi
dominus ulcionem patris mei. Et ait
rex: Tua sint omnia que fu
erunt Miphiboseth. Venit
ergo David usque ad Baurim.
Et egressus vir de cognacione
Saul nomine Semei proiciens
lapides et lutum maledicebat
regi dicens: Egredere vir san
guinum. Ecce premit te mala
que fecisti in domum Saul. Cumque
cum vellet percutere Abisay pro
hibuit eum David dicens: Fi
lius ut meus querit animam meam quan
tomagis filius Gemini. Misit eum
dominus ut malediceret michi. Respici
at dominus hanc afflictionem meam. Fi
liant hebrei hunc Semey Na
bath patrem Jeroboam et nomine
avi eius Gemini. Et descendit
David usque ad Jordanem.

De consilio Chusi et morte Achitophel

Factum est autem cum Chusi ve
nisset ad Absalon adoravit
dicens: Salve rex. Ad quem
Absalon: Quare non ivisti cum
amico tuo? Qui respondit: Illius
ero quem dominus elegit et
Israel. Cui serviam? Nonne filio
regis sicut patri tuo sic parebo
et tibi. Tunc ingressus est Absa
lon coram omnibus ad concubinas
patris sui de consilio Achitofel
ut sic intelligeret omnis Israel
quod rex Aman persequetur patrem
et roborarentur cum eo. Post hec
dixit Achitofel: Eligam mi
chi xii milia virorum et persequar
in hac nocte David et percutiam
eum quia fessus est et redibunt
ad te universi quasi unus homo. Et
ait Absalon: Vocemus Chu
si. Nam est bonum consilium hoc. In
te. Nosti patrem tuum et viros
eius fortissimos. Quod si modo pro
fecit aliquos de tuis quicumque
audierit dicet facta est plaga
in populo qui sequebatur Absalon
et timebunt esse tecum. Sic
hoc est consilium bonum: congre
getur ad te omnis Israel. Ve

incremq sup eum. et ubicumq fu
erit opprimemq eum. et pla
cuit omnibus consilium Chusi. et
dixit Chusi sacerdotibus ut
nunciaret David ne maneret
in deserto nocte illa sed transi
ret iordanem Et abiit ancilla
ad filios sacerdotum qui late
bant iuxta fontem Rogel qui ad
abluendos pannos fullonis et indi
cavit eis verbum Chusi Vidit
autem eos puer quidam ut dicitur
et indicavit Absalon Iosephus
dicit quosdam equites vidisse eos
et nunciasse Absalon Qui misit
post eos ut comprehenderentur
At illi ingressi sunt in Bauri
domum mulieris rogantes ut ce
laret eos Que demisit eos
in puteum et expandit vela
men sup os putei quasi siccans tipsa
nas. i. ordeum ad tipsanam fa
ciendam et sic reges latuit Cum
que reversi essent qui missi fuerant illi
ascendentes de puteo nunciave
runt David que tradita e
is fuerant et transiuit David
iordanem cum suis priusquam di
lucesceret et venit in Mana
im Porro Achitofel sciens
regnum rediturum ad David
et timens incidere in manus eius
descendit in domum suam in gilo
et laqueo se suspendit

De morte absalon

Absalon autem collegit exer
citum et transiuit Iorda
nem et statuit Amasam su
per exercitum pro Ioab Hic erat
filius Abigail filie Naas. i.
Ysai sororis David quam Iosephus A
bigeam vocat et erat consobrinus
Ioab Porro in transiordanem
et maxime Berzellai ga
laadites obtulerunt David
cibaria multa iumentis et strata
ria et capetia et vasaficti
lia Porro David divisit

populum qui cum eo erant in
tres partes Unam dedit Io
ab Alteram Abisay tertiam
Ethai Gethes qui putatur
fuisse filius Achis amicus Da
vid Cumque vellet egredi ipse
ad pugnam dixerunt Non ibis
te solum querunt alios non cu
rant Cumque egrederentur cuncti
ad pugnam erant xii milia stabat
David iuxta portam et
dicebat Servate mihi puerum
Absalon Et factum est plurium
in die illa iuxta saltum Effra
im et fugit exercitus Absalon
cesis ex eo xx milia et
plures interfecerunt bestie sal
tus quam gladius Fugiens quoque Ab
salon sup mulum venit ad
quercum condensam et inter
cepto capite eius ramis mu
lus pertransiit eo suspenso Quod
cum quispiam nunciasset Ioab
ait ad eum Quare non con
fodisti eum Et respondit Non
mittam manum meam in filium
regis presertim cum audierim
eum Servate mihi puerum
Absalon Et infixit Ioab
tres lanceas in corde Absa
lon Quem adhuc palpitan
tem interfecerunt armigeri
Ioab et proiecerunt eum in
foveam grandem et comporta
verunt sup eum acervum lapi
dum ut dupplici morte puniret
tam facinorosum Israel autem
fugit in thabernacula sua
Porro Absalon adhuc vi
vens erexerat sibi titulum
in valle regia que duobus
stadiis distat a ierusalem in me
moriam nominis sui et erat
nomen tituli Manus Absa
lon Hunc titulum quidam pu
tant fuisse arcum triumpha
lem in quo sculpta erat ma
nus Absalon Et Iosephus dicit
statuam fuisse marmo-

tram. Tunc ait Achimaas ad Ioab
curram et nunciabo regi. Cui ille: Nolo
te hodie nunciare, filius enim regis
mortuus est. Et ait Ioab ad Chusi: Va-
de et nuncia regi que vidisti. Et cucurrit
Chusi. Cucurrit autem Achimaas post
eum. David autem sedebat inter duas
portas. Speculator vero in fastigio por-
te exclamat: Video hominem currentem
solum. Et ait rex: Si solus est bo-
nus est nuncius. Et iterum ait specu-
lator: Apparet mihi homo alter solus
currens. Dixit quoque rex: Et iste bonus
est nuncius. Et veniens Achima-
as adoravit dicens: Benedictus Deus
qui conclusit homines levantes se contra
regem. Et ait rex: Estne
pax puero Absalon? At ille: Non pote-
rant indicare. Chusi vero superve-
niens indicavit. Et contristatus
rex ascendit cenaculum porte. Flens
operto capite et clamans: O fili
mi Absalon. Quis mihi tribuat ut
ego moriar pro te Absalon fili mi,
fili mi Absalon. Ioab audiens
planctum timuit illa die ingredi ci-
vitatem. Et ingressus Ioab ad re-
gem ait: Confudisti hodie vultus
omnium qui salvam fecerunt animam
tuam. Diligis odientes te et odio
habes diligentes te. Procede et lo-
quere servis tuis. Alioquin nec unus
remanebit tecum hac nocte. Et erit
hoc malum tibi super omnia que
umquam passus es. Sedit ergo rex in
porta leta facie et venit ad eum
omnis multitudo et benigne locutus
est eis.

De reditu david in iersm

Porro qui secuti fuerant Absa-
lon mutuo se hortabantur
ut revocarent regem, memorantes
beneficia eius in Israel. David vero
misit ad Sadoch et Abiathar ut
loquerentur ad maiores Iuda: Sic dicit
rex: Os meum et caro mea vos.
Quare novissimi reducitis regem?
Videte ne tardiores sitis.
Et prefecit Amasam
principem milicie eo quod consili-
ves. Et ibi ministrabant levite et sa-
cerdotes tota die circa utrumque
vero latus templi non adeo diffu-
sa erat. Ab occidente vero structior
pavimentum atque vario marmore
stratum erat. Et duobus iii marmoribus
venustatum. Hoc atrium cingebat mu-
rus brevis in altitudine tamen tri-
um cubitorum. Et erat cubitus unus
lapidum unius coloris, secundus
lapidum alterius coloris, et tercius ter-
cii coloris. Tectus autem erat vesti-
tus cedro et positus erat pulpitum
in extremitate huius atrii. Per
ceteros a ministris ab ingressu a-
trii prohibebat. Adherent se appodia-
bant psallentes vel conversi ad
populum super hunc inclinati loque-
bantur. In eodem muro stabant
columpne equis intervallis dis-
posite populum extra stantem ad
legem sollempnie pronuncites a-
lie scilicet hebreis alie grecis alie
latinis et ne in locum sanctum trans-
irent prohibentes. Hic ambitus
muri proprio nomine vocabatur gregen
latine vero cancellus. Unum solum

[ha]bebat introitum ab oriente contra portam templi, habens aperturam XXV cubitorum sine foribus, usque ad cuius introitum ascendebant viri et mulieres deferentes oblationes suas ad ministros sibi occurrentes, ut nec licebat eis ulterius transire nisi mundis sacerdotibus. Et ascendebat ad ipsum per decem gradus. Hoc atrium dicebatur atrium interius vel atrium sacerdotum.

offerre quod solebat zelotipie, et quod nazarei adimplebant voti

quod etiam illi qui erant sacerdotes Aaronite sed habentes maculam aliquam offerre non poterant, non intrabant, licet decimis et sacrificiis alerentur. Modo de

De atrio Iudeorum

Post istud atrium, quod dicebatur sanctum, et infra ipsum in declivi latere montis positum, secundum atrium, quod dicebatur sanctum, quod Iosephus vocat aulam vel basilicam grandem. Erat autem diffusum, circuitum cingens atrium interius, et longe tamen maius eo, et pavimentum vario marmore. Erat quoque circumseptum muro in altitudine XXV cubitorum interius, exterius vero altitudinis erat CCCC cubitorum in declivitate collis. Et licet sic esset altus, non ascendebat tamen usque ad fabricam templi, nec eius aspectum prohibebat. Erat autem murus iste ad orientem simplex et nullam habens portam. In utroque vero latere et in fronte occidentali habebat porticus imitantes instar claustri monachorum, in quibus erant columne singulis lapidibus eiusdem coloris, tamen basibus artificialiter [?]. Camera vero porticuum et laquearia cedrina erant. Latitudo vero porticus XXX cubitorum. In latere meridiano erant quatuor porte duplices, habentes valvas que laminis aureis et argenteis innodate erant, et eiusdem schematis erant porte in latere septentrionali. In hiis sedebant ianitores ut arcerent

et habebat claves aureas ad collum appensas, ut si forte violenter vellent quid intro[ire], recluderent.

immundos ab ingressu huius atrii. Porro in orientali fronte erat porta que dicebatur speciosa, habens valvas de ere Corinthio factas. In angulis huius frontis erant due porte modice, per quas ascendebant mulieres ad offerendum. Vel forte inde descendebat in occursum sacerdotum ibi ad suscipiendum oblationes. Per has portas quas diximus intrabant in atrium secundum ut orarent subito tempore tempestatis [?] sub porticibus tempestatis. In plateis huius atrii vendebantur animalia et volucres ad offerendum, et mense nummulariorum stabant ubi quaque [?] vertit Dominus. In porticibus autem circa portas stabant gazophilacia diversi generis ad recipiendas oblationes. In porticibus lateris orientalis [?] erant pastoforia, id est loca separata ad comedendum, in quibus sacerdotes sacrificantes de partibus sacrificiorum [illegible] que eos contingebant vescebantur coram Domino. Quidam tamen volunt quod ibi tantum seniores [?] convenientes de similibus istis conferebant, et ob hoc dicta pastoforia. In eisdem porticibus erant kathedre et sinedrie et subsellium, et exedre, id est tria genera sedilium, ut ait Ysidorus. In kathedris sedebant doctores vel digniores. In sinedriis sedebant auditores in consistorio et doctores in consessu. Sinedre qui consessibus [?] sedebant assessores. In exedris sedebant assessores tantum iudicii [?] qui secretius aliud tractabant, quasi in secretis. Et dicebantur exedra in qua assessus licet

que legatur prochalamo. hoc
atrium secundum sepe in ewangelio
dicitur templum. ubi dicitur
quod oves et animalia vendebantur
in templo. et quod ihesus docebat
in templo. et quod filii israel
orabant in templo et cetera in hunc
modum.

De atrio laicorum

Porro sublimior altero erat
atrium terram similiter
in declivi latere montis po-
situm cuius compositionis vi-
sus. et si non tante venustate
licet tamen precipue ornatus in
hoc orabant mulieres munde
tamen

De atrio immundorum

Infra illud atrium erat quar-
tum in quo orabant viri
immundi. et mulieres et genti-
les. cuius murus exterior in ra-
dice collis positus erat et
ascendebat centum cubitis usque
ad verticem collis in quo
templum erat situm et ita
munti atriorum in nullo pro-
hibebant aspectum templi.
ut eorum qui ministrabant
in atrio interiori

De altari et mari eneo

Porro in atrio interiori
erat altare ereum factum
ex lapidibus impolitis terram
terram omni parte ere conte-
ctum maioris quantitatis quam illud
portatile. quod factum fuit in
deserto xx cubitorum longitudinis
et totidem latitudinis et x alti-
tudinis. et erat sub eo fovea
quidem in qua per fistulam in
medio altaris positi cineres
defluebant et sanguinis qui
ad crepidinem altaris fundeba-
tur influebat in ea. quem non
mundabatur fovea per fenestram
que erat ad orientem altaris
quod fecerat moyses inter

tertium sibi in aliqua parte a-
trii reservatum est quod quidam tradunt
ibi permansisse. usque ad incensionem
templi facta per romanos. ymmo per
chaldeos postea. tunc gentiles habitave-
runt ierusalem fecerunt ecce holocaustum
sibi. De loco autem huius altaris. et
quo immolantes ad latus eius immo-
labant totam domum. supra satis di-
ctum est. Porro in eodem atrio posuit
salomon. mare eneum fusile. quod
nos lavatorium dicere possumus. ut
in eo sacerdotes ministraturi abluerent
pedes et manus quod iosephus notat ta-
ta tamen in circuitu in schemate cuius
perfectum fuit latitudo x cubitorum
erat per diametrum. a labio usque ad
labium altitudo vero erat v cubitorum
a labio scilicet usque ad fundum. spissi-
tudo vero erat iiii digitorum in supe-
riori parte a dextris latum erat quod
resticula xxx cubitorum cingebat illud
per circuitum. sed paulatim in descen-
sione angustius fiebat. a dextris
ut circa fundum resticula x cubi-
torum ambiret illud. Supremum
eius labium expansum erat in modum
lilii In lateribus autem eius exterius
sub duos ordines erant sculpturas
quasi striaturas i. historias aliquas
habebant capiebat autem duo
milia batos i. iii milia metretas
bata enim capit metreta et dimidia
et est batus mensura tum mo-
dios cuius capacitate cuius sexta
deductis bata est mensura liquidorum
sextarii vero aridorum porro basis super
quam stabat habebat xii boves ere-
os et fusiles de quibus tres respi-
ciebant ad aquilone. tres ad occidente
tem. tres ad meridiem. tres ad orientem
quorum anteriora tamen prominebant
sub mari posteriora vero intus lati-
tabant

De lateribus

Fecit quoque Salomon x luteres ere-
os et fusiles altitudinis

iiii^or cubitorum. Erat autem in summitate
lutis os rotundum interius et angu-
adeo angustum ut vnius cubiti
esset eius latitudo. Profundi vero
eiusdem erat latitudinis cubiti et
dimidii iuxta quantitatem basis sup-
quam sedebat vel lebetes capiebat lu-
ter vnus in eis abluebantur inte-
stina et pedes holocaustorum. Et erat
huius eiusdem facture sicut et basis
cui bases insidebant. Erat autem ba-
sis in inferiori parte in longitudine
et latitudine habens quatuor cubitos
per quadrum. In altitudine vero trium
cubitorum et ascendendo paulatim an-
gustata usque ad cubitum et dimi-
dium iuxta quantitatem fundi ipsius
lateris. Eratque composita de quatuor
tabulis quibus quinta erat sup-
posita quadrata et eminens parte
aliquantulum excedens summitates
aliarum habens in medio sui eminen-
tem concauitatem rotundam in qua
sedebat luter. Per ipsum opus basis
intrinsece erat et in medio eius tabu-
larum per iiii^or angulos erant scul-
pture eminentes ad modum colu-
pnarum quas quidam dicunt notari
media columpna quadrata. Sed
quidam legunt media inter colump-
na quadrata notantes columpnam
mediam tabulam inter iiii^or tabu-
las suppositam. Latera vero basis
a media parte sursum constructa
habebant coronulas et plectas
et in medio earum leones et boues
et cherubin et super colla leonum
et boum et subter erant lora
ex ere pendencia quibus ligati vi-
debantur. In summitate vero quatuor
columpnarum angularum erat humme-
ri expansi in similitudine manus
humane et pedis aquilini
super quos et tabula superius luter
habebat erat coaptata ut naturaliter
inserta videretur. Et habebat ille
ex superiore parte celaturas habentes
arbores. Et autem porro altera me-
dia pars basis que erat circa terram
habebat per circuitum rota emi-
nentes cubiti et dimidii et ea
que in rota fieri solent quorum
et radios et canthos et modiolos
omnia fusilia. Et ita eas posite
erant huius celature et hec
omnia adeo fabrefacta erat
ut non celata sed hec apposita
per minutim viderentur et basis
quam totis circumstantibus vestiri
videbatur. Vna erat fusura
et mensura et sculptura
per basim et luteres. De scul-
ptura tamen luterum non memi-
nit legisse. Horum v in dextro
templi steterunt ad dexteram
v de sinistra ad hunc usum.
Nathinnei primus lauabat
membra hostiarum in pavimenta
purissima et lota tradebat sacer-
dotibus. Cum in negocium iuste
sordidis eius eis adhesisset
lutibus ea innouerebant
ut res intemerata suffunderent
altari. Porro lauatoria hec
in hunc modum posita erant
ut ingredientibus atrium
sacerdotale primus occurrebat
hec meridiem mare eneum
ad abluendas manus. Item ea
progredientibus occurrebat
x luteres ad intingenda membra
hostiarum. Processu quod progredien-
tibus occurrebat altare ene-
um similiter ad meridiem
positis quod hostiis super altare
redibant offerentes ad mare
eneum et abluebat ibi pe-
des et manus ut sic lati
consummaret sacrificia. Ut in-
trarent in templum cum sanguine
et thymiamate ad dandum
illud super altare in aureo
deinde

De vasis altaris

Utensilia vero altaris et
turi fecit iram (?) ere

lebetas ad suscipiendos cine-
res et primas altaris ollas quoque
et caldarias ad coquendas carnes
et hamulas i. fuscinulas ad
carnes extrahendas carnes vel
disponendas et aquagiones i. fu-
ciculas ad componendum ignem
et membra bestiarum desuper
disponenda et scutras vasa scilicet
equalis amplitudinis in ore
et fundo ad calefaciendum Josephus
addit et trullas forte ad con-
spergendos cineres vel etiam
ad ad virendum pavimentum
porro utensilia templi aurea
erant vel argentea. Coteru-
sia candelabris aurea erant
de quibus in eodem legitur. Num
aut utensilium que fecit Sa-
lomon precedente tempore. Preterea
Josephus mensas scilicet super quas po-
nebant fiale et patrie et mor-
tariola et patene ad offeren-
dam similam et crateres in quibus
simila cum oleo miscebatur
et assarones in quibus liba-
mina mensurabant. Thuri-
bula quoque quibus ferebatur thi-
miama mensurabant et
alia thuribula in quibus
ferebatur ignis a maiori altari
hominus. Hec omnia obtulit
Salomon aurea et alia similiter
argentea sed in duplum quod
tamen secundum Josephus ponit numerum
ne incredibilis videtur. Pre-
tertim cum vitiosus scriptorum
circa numeros plurimum intermat

De dedicatione templi

Anno igitur quarto regni
Salomonis mense zio i.
mai fundata est domus do-
mini i. ii anno xi mense octavo
i. octobre consummata est
in omni opere suo et in universis
utensilibus que etiam necessaria

erant necessaria post dedicationem
enim plura fuerunt fabricata et
super addita et edificavit eam septem lunationibus
vii annis et vii mensibus et vocavit
Salomon in anno xi maiores natu
in Israel et principes tribuum tribuum
et duces familiarum ad dedicationem
templi et descendam archam in
illud et convenerunt omnes mense
vii i. septima lunatione et erat dies
solempnis xa decima scilicet dies quo fie- que iam intraverat octobrem
bat expiatio pro quo domini templum
in septembri dedicatum quia totus
fere est solempnis est tempore accelera-
te et post dedicationem fecisse ali-
qua utensilia que deerant misso
viiio et sic utrumque verum est quia mense
viii perfecta est domus in omni opere
et utensilibus et in mense vii°
dedicata et tulerunt sacerdotes et levi-
te de civitate david archam do-
mini et omnia vasa eius et nove
iubilantium ut ait Josephus a longe
remotis audiebantur. Rex vero et
universa multitudo precedebant
ante archam et immolabant be-
stias absque estimatione et imno et
aromatum fumus a longe positis
sentiebatur et intulerunt sacer-
dotes archam domini in locum suum
in oraculum subter alas cherubin
quibus cum quodam cibutinos te-
gebatur. Capita quoque vectium
super humeros portantium apparebant
retrorsum videbantur donec ar-
cha reposita subtracti sunt a
unstibus eorum in sempiternum
archa vero tecta erat nec videtur
in archa autem nichil erat aliud
nisi due thabule et lapidee quas
posuerat est autem et urna aurea
plena manna et virga deuterono-
mia aaron que fronduerat hec
enim testatur apostolus fuisse in ea
factum est autem cum exissent sacerdo-
tes de oraculo et dicentes con-
fitemini domino quoniam bonus quoniam in

se. iiii. cuius Nebula impleuit do-
mum domini. non metuenda. sed tempera-
ta et subtilis. Et obumbrat faciem
sacerdotum ita ut se inuicem uide-
re non possent nec ministrare. Et ait Salo
dixit dominus ut habitaret in nebula
usque hoc legitur dominum dixisse
sed quia in monte Syna apparuit in
nebula. et postea sit ipse in nube
et ante Moysen positum in cauerna
petre transiuit in nebula. Adeo Sa-
lomon posuit dictum pro opere et
est sensus. Dixit dominus in opere
monstrauit. Sublyt aut omnis quedam
opinio fantastica. dominum localiter
Tempore Salomonis de-
dicatum est templum
sed destructo. iterum
edificatum est et de-
structum est in ne-
matia. nona
in prima non fuat
quia ea non pollutum
fuit ab Anthiocho
Epiphane. qui
ydola ibi posuit
et a Machabeis de
qua legitur In
Cryo effacta est
Encenia et yemps
erat
descendisse in
templum. Quia
monuit Salo-
dictus Nomine
dicitur quod fabrica-
sti tibi domum
tectam. celum
et terra simul
et mare et ple-
no utroque se-
iuncta in terra
Stans ei etiam
utraque manum
leuauit ad do-
minum. Gratias
agens de pro-
missione domini impleta. qui promi-
serat David domini sibi edificanda
per manum filii eius Orauit quoque ut
quicumque Iudeus uel gentilis asce-
deret ad hanc domum supplicans
pro meritis. Vel clamans ad dominum. pro
aliqua tribulatione exaudiretur
a domino. in hiis que iuste postula-
ret. Vel surgens ab oratione. stans
benedixit uniuerso populo et dedica-
tum est templum cum utensilibus
suis die illa. et deinceps. et in
eadem die quolibet fiebat festum
sequens festum dedicationis Nec te mo-
ueat. quod dicimus cum flexisse
genua super terra. cum In Parali-
pomenon dicatur
quod fecit Salo
basem eneam
in ubi v cubitis
altam quia
Allegitur in Parali-
pomenon xx in
die dimisisse po-
pulum pro tertio
festiuitatum. tat.
ignis de celo de-
scendisse et deuo-
rasse oblata
et stans super eam
nec benedixit populo potuit enim
utroque fecisse. uel super eadem
accipitur Intelligendum est cum
flexisse genua super terra
i. super locum in quo stabat.
et Immolauit Salo. hostias pa-
cificas boum xxii milia. et quia
ouium C. xx milia. et quia
altare eneum ad suscipiendum
holocausta minus erat. et ad-
eps pacificorum sanctificauit
medium atrii interioris ut
super illud cremaretur. quia super
altari cremari non poterant.
Fecit ergo Salomon festiuitatem
dedicationis. et omnis Israel cum
eo viii diebus. quod sic in-
telligendum est. v diebus tam
tamen celebrata est dedica-
tio. In sexta non die que fuit xv
mensis. occurrit scenophegia
que interposita est vii diebus
et una tamen iterum dedica-
celebrata est per duos dies. quia
intermissa fuerat. et in die
octaua i. postquam dilos septenarios
dimisit Rex populum. et dedica-
tionis vii diebus facta est. et
post viii decima die. inchoata
est scenophegia. et tamen
per iii. et in viii. scenophegie po-
pulum et appa-
collecta dimisit
Allegitur In Parali-
pomenon xx in
die dimisisse
populum pro tercio
festiuitatum
ruit dominus
secundo Salo-
mon ut in somnium
dicens Exau-
diui orationem
tuam Sancti-
ficaui domum hanc. et erunt
oculi mei cunctis diebus super
eam et super te. et super populum
Israel. si custodieritis mandata
que proposui uobis. Aliqui au-
ferat uos de terra. quam dedi uobis

c. alia tria in leui. d. Item lo- cutus est

a. 1. xxvi mos

et templum hoc proiciam a
conspectu meo et erunt in prouerbium et
in fabulam narrationum

De domo saltus

Factum est autem post fabricam
templi. cepit Salomon
construere edificium domus
regalis. quod xiii. annis uix
impleuit. Non enim circa eas
adeo feruens erat studium pro-
prii. sicut circa templum dei.
nec ad eas opulentia fuerat
ei parata a patre. Fecerat autem
tres domos. domum regiam sibi
et domum filie pharaonis uxo-
ri sue. et domum saltus dede-
runt regis et solium dicta-
tur in regum. domum suam edi-
ficauit Salomon xiii. annis
et ad perfectum usque perduxit. et
fecit porticum columpnarum et so-
lium in qua etiam tribunal e-
rat et uocat porticum. ut intima
domus in qua erat et solium
et tribunal. Est autem solium
regis tribunal iudicis. et erat
in ea domuncula in qua se-
debatur ad iudicandum cum suis
assessoribus tractabat de se-
tentia. De hiis domus compo-
sitione tacet liber regum sed forte
quia eadem erat. que et in do-
mo saltus quam plenius descri-
bit de domo regum. Regine
dicatur in regum quia eam ele-
gantem fecit. qualem et domum
Regina. porro domus saltus du-
plex erat et ex duplici materia
pars inferior erat lapidea. et
dicebatur nethota. i. pigmenta-
ria in qua reponebant aromata
et pigmenta ad usus templi
et domus regie. ut ex beneficio
terre et multi diu uixerunt. qui
tercentia superior pars domus
lignea erat. Dicitur libani
facta cond. Dicta est domus
saltus. uel domus libani. uel
domus saltus libani. In ea repo-
nebantur arma. Secunda tamen putant
eam obiectu sic uocatam quia circumquaque
cincta erat arboribus. et inde inti-
dariis mire recreationis iuxta de-
lectacionem saltus libani. In ea repone-
bantur arma. ut bustis lignis cubi-
culis non sentirent. nec solum arma
ad pugnandum. sed etiam ad decorem et
ad ostentationem regii fastus. Fecerat
enim rex Salomon ccc. scuta aurea
de quibus erant in uno quoque scuto. In para-
lipomenon additur de clipeis lanceis
aureis quas quidem rotunda erant.
alie instar semicirculi facte. hiis ute-
bantur custodes regis. an hostium
excubantes etiam cum rex egredie-
batur. precedebat eum equitantes. et
ferentes huiusmodi arma innecebant flami-
et usque in equos sessione diffunde-
tes cesariem. comam suam adicientes
aurei limature. ut eorum capita sole
percussa radiarent. Hos sequebantur
per uectem in curru. et ad locum quem
solitus erat ire. qui actropolis
habet duobus fumeliis et dicebatur
ortus edere. i. delicias. Porro pars illa
superior. que dicebatur domus saltus
habebat longitudinem c. cubitorum
et in latitudine. l. et altitudine xx-
x. cuius camera tota uestiebatur tabulis
cedrinis. Sustentabatur uero tribus
ordinibus columpnarum. unusquisque
ordo habebat columpnas xv. e regione
se respicientes. et pari modo a se dista-
tes. et ita inter muros et tres ordines
columpnarum. erant quatuor deambula-
toria pro fontibus ante domus fecit
porticum columpnarum. l. cubitos lon-
gitudinis et xxx latitudinis. De compo-
sitione inferioris partis domus la-
pidee. tacet liber regum. sed forte quia
eius constructionis erat cuius et su-
perior

De basilica et domo regia

E regione stabat domus regia
Grandi initiatente uicissitudo
eiusdem longitudinis latitudinis

et altitudinis. et similiter intus colu-
mpnata. Tectum simplex erat. et
unius mansionis cubiti tamen altitu-
do intus habebat distinctiones quatu-
or tres diversis variebantur coloribus
Quarta vero superior celatura erat
ornata. Erant ibi arbores sculp-
te diversi generis. ramis foliis
et pomis obumbrate. ita ut propter
inmaculatam subtilitatis agitari qua-
dam motu putarentur. In medio totius
amplitudinis erat domuncula ha-
bens latitudine xxx cubitos. et
in ea erat solium validis colum-
pnis extensum. in quo sedens rex
iudicia exercebat. In posteriori fron-
te domus laquearia et parietes ve-
stiti erant auro. cuius ascensus fa-
cilis erat per vi gradus ubi fecit
rex thronum de ebore grandem
et vestivit eum auro. cuius ascen-
sus facilis erat per vi gradus et
de marmore porphirio factus xij
cubitorum. stabant super vi gradus
hinc et inde. Reclinatio throni po-
sterior rotunda erat sedentis super inte-
rius respicientem. Et due manus
hinc atque inde. tenebant eum. et
duo leones stabant iuxta manus
singulas. Non fuit tale opus in
universis regnis. effecit et ita do-
mum reliqua habitacula et sedi-
lia. ubi post causas replicatas
residebant strata omnia marmo-
re et tabulis cedrinis effecit domum
regine in latere descendentem mar-
moree cedro. auro et argento opu-
lentissime decoratam effecit et utensi-
lia utriusque domus prelata va-
sa et vasa. similiter quoque templis
opportuna omnia ex auro fecit per-
fecit itaque Salomon xx annis te-
mplum et domos regias. cum omni
supellectili sua. yram rege tyri
prebente auxilium in lignis et auro

De opidis datis yram

Tunc dedit Salomon yram
xx opida in terra galilee
in sorte Neptalim. maritima.
tima. Sed non placuerunt regi
tyrios quod procul essent po-
sita et appellavit ea terram
kapul. quod lingua phenicum
tum sonat displicens et tunc
primum terra illa vocata est
galilea gentium. non quod ibi
gentes habitarent. sed quia
inditione regis gentilis erat
Refert Iosephus menandrum
phenicem historiographum
scripsisse quod Salomon
et yram invicem sibi scripse-
runt enigmata et figuras
Et qui non solveret etiam
daret dicto alteri pensionem
Simulque attactus ystra in so-
lutione. consulebat tyrius
iuvenem abdemum. abdemonis
filium. qui omnia de facili ex-
plicabat

De operibus Salomonis

Porro commisit autem Sa-
lomon admirandos civita-
tes construendos. quas muro-
rum robore ampliavit. Vias quoque
regias que ad ierusalem du-
cerent nigro lapide stravit
In pluribus vero locis terminos
civitatum reparavit deo et ci-
vitates pro opportunitate locorum
fundavit. Quasdam contra fri-
goris intemperiem. quasdam
adversus calorem estivum. quas-
dam contra ventos et auctum-
num mutabilitatem. In finibus vero
terre promissionis edificavit
urbes tabernaculorum ipsius
ultra fines terre plurimas
urbes occupavit Chananeo-
rum soceris suo pharaone
Rege Egipti prebente ei auxilium
Quem ut ait Iosephus ultimum
Regum Egipti dictum esse pharao-
nes quos interpretatur reguas.
Quem tamen opera admirantes
Salomon propriis commendabit

domui salutis et sacrificia et
frequentias levitarum ita ea per
se. De filiis israel nullum fecit
Salomon servire. sed erant in
bellatores et ministri eius ex
quibus erant super omnia o-
pera Salomonis prepositi dl.
Chananeos autem de monte
silva libani usque ad civitatem
emathi. et fecit sibi servos
tributarios. Classem quoque fecit
rex Salomon in insula quadam
egipciaca fluvii maris que
dicitur assyon gaber et na-
vigabant cum servis Sala-
monis nautici de tyro que
tunc insula erat. et defere-
bant de ophir aurum multum
et invenientes indiam et sili-
ciam. post elapsum triennium
referebant Salomoni aurum
et xx milia talentorum
et argentum et dentes elepha-
torum et simias et pavos et ge-
mas et ligna thyma multa
nimis. que erant similia
lignis dethim et lucifera
de quibus fecit rex fulc-
ra et sedilia domus domini
et domus regie et cytharas et
liras cantoribus. illa ligna
et nabla ex electro compositum.
Quod nullius pretii erat ar-
gentum in diebus eius.
Nam et sedilia principibus
domorum plurima in ierusalem
argentea erant. Cedri et ligna
cedrina que ligna dicuntur
habundabant in ea

De regina saba

Ad horum incredibilem
sapienciam regina Sa-
ba excitata venit temptare
eum in enigmatibus et mis-
sa est ierusalem cum comita-
tu multo et divitiis me-
stimabilibus. Est autem Saba quo-
que nomen regionis. sed hic est civitas
regalis ethiopie. cuius nominis
significationes apud hebreos
distinguntur per apices literarum
sin et samech. Herodotus dicit post
minneum qui memphim condidit
fuisse reges egipti dictos pha-
raones. quod sonat ... Cui
successit nichaula regina
egipti et ethiopie. quam putat
Josephus venisse ad salomonem. Hec
ingressa ad Salomonem locuta
est universa que habebat in corde
suo. nec fuit sermo quem regem
lateret. Et docuit eam in omnibus
his que proposuerat. et admirans
non habebat ultra spiritum dicens confir-
ma regis minorem esse vita-
te veritatis esse ... admirabatur
domum saltus. etiam super templi
fabricam. Ordinem quoque et frequentiam
ministrantium in templo. et ceteros
ordine et distinctionem singulorum
regum mensa. Nam et ministri
cultu et distinctio ab aliis orna-
bantur. Similiter et pincernatores
et dapiferi. ut in tanta multitudine
ministrorum nullus dubitaret quibus
quis rei ministerio fungeretur. Dedit
autem regi munera C xx talenta
auri et gemmas preciosas et aroma-
ta quanta et qualia non fuerant
visa in ierusalem. Dicit etiam Josephus eam
dedisse regi radicem Balsami
unde propagate sunt in engaddi vi-
nee balsamite. Cui etiam Salomon
multa redonavit. Nichil enim fuit
quod postulasset non preberet. Hec re-
gina gratis susceptis ad patriam
revertitur. Tradunt quidam eam
rescripsisse Salomoni quod preciosum
ei dicere timuit se indixisse. scilicet quod
lignum in domo saltus ...
suspendendum erat. Unde pro ...
morte regnum iudeorum periret

Prophetia regine

et cetus mediantibus illud tegi indi-
cauit. Quod timens Salomon in
profundissimis terre visceribus
occultauit illud. Sed quod circa
tempora Christi in probatica piscina supena-
tauit mirum est. Et traditur fu-
isse hoc lignum lauacri domus.

De aduersariis Salomonis et morte eius

Procedente vero tempore amauit
rex Salomon mulieres alie-
nigenas contra legem et posuit
maculam in gloria sua et scisma
in semine suo. Fuerunt ei vxores
quasi regine dcc. Iosephus tamen dicit ccc
et concubine trecente que auerterunt
cor eius cum iam senex esset
et secutus est deos alienos ne-
glectis suis gentis. Et edificauit
in excelsis contra Iherusalem tria fana ydo-
lorum. Scilicet Astharoth dee Sy-
doniorum, que Iuno dicitur. Secundum
Chamos ydolo moabitarum. Ter-
cium Moloch ydolo amonitarum. Ter-
cium statuit in monte oliueti
e regione templi, quod plurimum
deo displicuit. Vnde et postea locus
ille dictus est locus offensionis.
Venit ergo ad eum propheta missus
a deo Nathan vel alius dicens:
Hec dicit dominus: quia scidisti pa-
ctum meum, scindam regnum tuum
et dabo illud seruo tuo. Non tamen to-
tum, sed tribum unam propter tribu-
m Iuda dabo filio tuo propter seruum
meum Dauid. Propterea hoc non faciam
in diebus tuis. Porro cum vixisset
Salomon in summa pace circa fine
vite suscitauit ei dominus aduer-
sarium Adad ydumeum de semine
regio, qui in tempestate illa qua
deleuit Ioab ydumeos puer
fugit in Egyptum. Cui pharao rex
Egypti dedit uxorem sororem
vxoris sue que peperit ei filium
Genebath. Cumque audisset
Adad Dauid et Ioab mortuos
esse et Salomonem infatua-
tum, egressus de Egypto
infestabat Israel. Suscitauit
quoque dominus alium aduersarium
Razon principem latronum. In
Damasco Ieroboam quoque filius
Nabath Effrateus de Sereda
seruiens Salomonis edifi-
cabat mello. Muros ambitu
uoraginis extollens ut ae-
quaret eos ciuitati Dauid.
Videns quoque Salomon Ieroboam
bone indolis et industrium
statuit eum prefectum operis et
deinde constituit eum super
vectigalia vniuerse domus
Ioseph. Cumque egrederetur Ieroboam de Iherusalem
inuenit eum in via Achias
Achias propheta Sylonites opertum
pallio nouo, quod scidit
in xii partes, et ait ad Iero-
boam: Tolle tibi x scissu-
ras. Hec enim dicit dominus: Dabo
tibi x tribus. Et scissura super-
flua de Salomone Israel
Filio autem Salomonis
dabo unam ut remaneat lu-
cerna Dauid coram me in
Iherusalem quam elegi ut esset no-
men meum ibi. Quo audito Ie-
roboam intumescens sua
gebat populos ut recederet a Sa-
lomone. Et ideo quesiuit Salomon
interficere eum. Ieroboam fugit in Egyptum
ad Susac regem Egypti.
usque ad mortem Salomonis.
Reliquum verborum vel in libro
dierum Salomonis. Et omnia que
fecit scripta sunt in libro dierum
verborum vel in libro dierum
Salomonis. Quem librum
estimat esse paralipomenon.

Et forte quod Dauid fecit qui Dauid percussisse xviii milia de ydumeis ut supra dictum est factum est cum hic Salomon sederet

sed quia cuncta in eo scripta
sunt reliqua opera Salomonis
dicimus putandum est. hunc
librum non superesse. dormi-
vit quoque Salomon cum patribus
suis. et sepultus est in civi-
tate david. cum regnasset in
ierusalem super omnem israel xl an-
nis. Queritur autem qua rati-
one dicatur Salomon senex
fuisse cum modicum ultra l. an-
nos vixisse legatur. Roboa
cum mortuo patre xl et unius
anni erat quod Salomon cum xi
esset annorum genuisse perhibet.
plerumque ergo super hunc locum
dicit ita. mortuus est Salo-
valde longevus. qui regnavit
annis lxxx. vixit autem lxxxx-
iii. Sed divina scriptura eos
tantum annos exprimit. quibus
regnavit dilectus preoccupavit.

Incidentia

In diebus Salomonis.
fuit Silvius rex sextus latino-
rum. in alba silva ... filius.

De roboam et divi-
sione regni

Post mortem Salomonis
successit ei Roboa et
erat mater eius nama amoni-
tes. porro Ieroboam audita
morte Salomonis. reversus
sus est de Egipto et venit in
sichem ad Roboam. cum omni
multitudine israel. quam vo-
caverat cum Iunior vellet
Roboam constitue regem dixe-
runt ad eum. Jugum nimis gra-
ve imposuit nobis pater tuus
et serviemus tibi. Nec est in-
telligendum de iugo tributi
sed vectigalium in expensas
regni. Sed iste et reddite ad me
in diem tertium. Initium consu-
luit senes Sadoch scilicet et Ba-

naiam et Ioiadam. et reliquos
principes Salomonis. Qui dixerunt ei. Ho-
die audieris eos lenitus eos loqueris
servient tibi in eternum. post hec
consuluit adolescentes in etate
tum. Sed minoribus. Qui dixerunt. Im-
posce loquere et commando. et time-
bis servient tibi. et redeunte populo
in tertium diem. dixit ad eos. digi-
tus meus minimus grossior est hu-
mero patris mei pater meus ce-
cidit vos flagellis. Ego cedam vos
scorpionibus. quoque Ego sum potentior
patre et maiora faciam super vos.
Est autem scorpio virga aculeata. vel
flagellum virgas nodosum. Vel
scutica haberet in summitate glandes
plumbeas. Et indignatus populus ait
Non est nobis pars in david neque
hereditas in filio ysai quasi diceret. neque
tribus portionem sua hereditatum
sed a domus quia unitas est et ex
una eligat qui regat alias. Neque
tribus regat hereditate sua. et re-
cesserunt x tribus ab eo. Rex non mi-
sit post eos adurani qui erat super
tributa. et lapidaverunt eum. Rex
timens Roboa fugit in ierusalem. x.
vero tribus constituerunt Ieroboam
Regem super se. Iuda vero et Beniam-
in secute sunt Roboam. et fuerunt
cum eis levite propter templum. quod
erat in ierusalem. Et tunc separata est
monarchia Regum hebreorum in
duo Regna. Regna nec amplius
redijt ad unitatem. et dictum est
Regnum x tribuum regnum israel a
multitudine sui nomine Iacob
patris sui plebi regnavit. dictum
etiam effraim, quia Ieroboam
qui de effraim. quoque eius imperavit
qui tunc primum impleta esset
benedictio super effraim. Alterum
vero regnum dictum iuda ob digni-
tatem tribus regie. de utroque re-
gno prosequitur historia quod

mo interserentur inter scalari et ima
sime. Nunc de hoc loquitur, nunc
de illo. quod diligens lector de
facili deprehendet. Porro Roboam collegit
exercitum C. L. xxx milia electorum
ut pugnaret contra Israel. Admisit
ad eum dominus Semeiam prophetam
dicentem: Hec dicit dominus: Non pugna
bitis contra fratres vestros. a me
enim factum est verbum hoc. quod
distinctionem regnorum intelligendum
est et quieverunt a prelio

De Ieroboam et Addo et duobus vitulis

Ieroboam autem dixit in corde
suo: Si ascenderit populus iste
in Ierusalem et in anno quarto re-
vertetur ad dominum suum Roboam et inter
ficient me. Nunc excogitato con
silio fecit duos vitulos aureos
quos Iosephus iuvencas vocat et consti
tuit utrosque fanum. Alterum in Dan,
alterum in Bethel. dixit ad popu-
lum: Ecce dii tui Israel qui eduxerunt
te de terra Egypti. q. d. Omnis
locus est dei. Non habetis necesse
ut ascendatis ad certam civitatem
ut ibi queratis deum. Esse vobis
vitulos equivocos deos ut in eis a
doretis deum et constituam vobis
sacerdotes et ministros ne filiis le
vitatis. Cultus immineret. Sceno
phegia constituit eis diem solle
mpnem in mense viii° xv die me
sis conforte transtulit. Conse festum
de mense vii° in octavum vel kalendas
septembris descendebat in octobre.
Tunc ascendit cum populo in Be
thel ad diem festum. Dominus autem
misit prophetam de Iuda in Bethel
qui in Paralipomenon nominatur Ad
do. hic a quibusdam dicitur
fuisse Gad. Qui in rege stante
super altare ad immolandum excla
mavit: Altare altare hec dicit do
minus: Nascetur filius domui Da
vid Iosias nomine qui comburet
super te ossa sacerdotum tuorum
eruta de tumulis suis. et

ad populum ait: dabo vobis
signum. quod locutus sit in
me dominus. Ecce altare scin
detur et effundetur oblatio
que est in eo. Tunc rex exten
dit manum suam precipiens eum
apprehendi et statim aruit manus
eius cum brachio. Altare quoque
scissum est et effusa sunt que
erant in eo. Et tunc rex ait
ad prophetam: ora pro me ut resti
tuatur manus mea michi.
Qua orante reversa est manus
regis ad eum. Similiter dixit
ad eum rex: veni ut pran
deas mecum et dabo tibi munera.
Qui: non possum. Sic enim precep
tum michi dominus: non comedes
panem. neque bibes aquam. neque
reverteris per viam qua venisti.
Egressus itaque de Bethel re
vertebatur in Iherusalem per aliam
viam. Erat autem in Bethel
propheta quidam senex et iacens in
lecto. Cui cum indicassent fi
lii sui que viderant et audi
erant. dixit eis: sternite mi
asinum. et ascendens abiit post
virum dei et ait ad eum: rever
tere ut comedas mecum. Qui: non
possum. quia prohibuit dominus.
At ille: propheta sum sicut et tu
et dixit mihi dominus: reduc eum
tecum ut comedat. et ita sedu
xit eum et seduxit eum. et redu
xit. Cumque sederent ad mensam
factus est sermo domini ad
prophetam qui reduxerat eum
et ait in spiritu: quia non custo
disti mandatum domini. non infer
tur cadaver tuum in sepulchro
patrum tuorum. Et nota quia
per immissum iuste locutus est pro
phetis. ut eo eodem ore pro
pheta penam acciperet unde
culpam acceperat. Cumque re
cederet vir dei post prandium occi
dit eum leo in via. asinus
autem stabat iuxta illum. et

leo custodiebat cadauer nec
asinum tangens nec illud
Quod cum attepisset ille
senex propheta retulit cadauer
eius et posuit illud in se
pulcro suo dicens filiis su
is Cum igitur mortuus fuero
ponite ossa mea iuxta eius
ossa ut parcatur ossibus meis
pro eo. quia fiet verbum dei
de cremacione ossium super
altare Jeroboam autem non
esset reuersus a via sua pes
sima Nota senex ille prophecia
persuadebat ei non fuisse ue
rum prophetam quia domino offendebat
et denegatam ipsius pro labore
satisfaciendi abstulisse et
in reprehendisset. ad natiuita
tem sam remeasse Altare uero inte
rius inposito rupto finis
se aiebat

De morte Jeroboam

In diebus illis egrotauit
Abia filius Jeroboam et
ait rex uxori sue Commuta
habitum ne cognoscaris uxor
mea. et vade in Silo ad Achiam
prophetam qui in lecto et decrepi
te indicabat tibi quid euen
turum sit puero huic et ascendit
mulier ad Ahia uel Achiam
qui videre non poterat pre senectute
sed premunitus a domino ait
Ingredere uxor Jeroboam que
te aliam simulas vade et dic
Jeroboam Hec dicit dominus Ex
altaui te de medio populi. tu autem
proiecisti me post tergum tuum
et fecisti tibi deos alienos et
conflatiles. et ego perducam
de Jeroboam mingentem ad pa
rietem. et clausum in ciuitate
et nouissimum in Israel. et de
leo de domo eius et in vilissima
putaui et dabo cadauera eorum
canibus et feris Tu autem
reuertere et in introitu tuo

morietur puer Et ipsi solus de do
mo Jeroboam inferetur in sepulcro
et reddijt mulier in thersa et mor
tuus est puer et sepelierunt eum Re
liqua Jeroboam scripta sunt in
libro verborum dierum Regum Israel et
mortuus est Jeroboam cum regna
sset xx et duobus annis

De morte Roboam

Porro roboam regnauit in
Juda xl et vnius anni erat
cum regnare cepisset et xvij annis re
gnauit in Jerusalem Sed et iudas peccauit
coram domino. et fecit sibi aras. sta
tuas et lucos super excelsa Sed et
effeminati fuerunt in terra et culto
res cybeles ciuitatis. nota. vel actu sic
legitur de Jeroboam Jerophanti et
offensus quia dominus suscitauit contra
Juda Susac regem egipti anno v
regni roboam Et in ingrediens in
partem pretentibus. sed non seruat.
sed diripuit thesauros domus domini
et domus regie. Scuta quoque aurea que
fecerat Salomon. pro quibus fecit rex
roboam scuta erea Habuit autem
roboam xviij vxores et lx concubinas
vero viij et nati sunt ei filij xx
viij filie uero lx. Reliqua vero ro
boam scripta sunt in libro verborum
dierum Regum Juda opera eius prima
et nouissima scripsit et Semeias
propheta et mortuus est roboam. et
sepultus in ciuitate dauid et re
gnauit pro eo filius eius Abia

Incidencia

In diebus Roboam latmon
est septima Rex fuit filius
athlis siue siluius Egipti prius re
xerat crobotus. Susac regem Egipti
multas gentes sibi subiugasse
et quasi sine prelio cepisse in
subsannacionem quarum in statuis
eius que cum propheti presebant et genita
lia mulierum insculpsit in sculpsit
Refert quod Ethiopias et premiter
Egiptus didicisse circumcisionem

De Abia

Igitur in xviijo anno regni

Abisaid ... in spiritu prophetie consurgente ... regum bonum prophetauit sacerdotes quoque de laudibus propheta et Salomon prodixit quod incendendum esset a ... ossibus et sepulchrum in Bethel ... templo

Et tibi super in esta ... eiusdem eius

Et anno Hebrei ... annorum ... renouasse ... rerum ... et se ... desperasse ...

Jeroboam regnavit Abia super Iuda
tribus annis regnavit in Ierusalem. nomen
matris eius filia Thamar. filie
Absalon et ambulavit in omnibus
peccatis patris sui et factum est prelium
inter Jeroboam et Abiam. in loco qui
vocatur mons Amoreos et habuit
Abia super spem victoriam inestima-
bilem. et mortuus est Abia et sepe-
lierunt eum in civitate David et
regnavit Asa super Iudam et xl uno
anno regnavit in Ierusalem. Nomen ma-
tris eius erat Maacha. Et nota quod
Roboam et Jeroboam dicuntur conregnas-
se xviii annis et per ea conregnavit
Jeroboam tribus annis et sic imple-
ti sunt xx anni regni Jeroboam.
Non ergo in xx anno Jeroboam cepit
regnare Asa ut dictum est. sed potius
in xx primo. Quod sinodochice di-
ctum est. Dicitur enim Abia regnasse
tribus annis eo quod regnavit duo-
bus annis. et in parte quadam tercii. et
in reliqua parte eiusdem tercii anni ce-
pit regnare filius eius Asa in xxi
anno regni Jeroboam. Huiusmodi
contrarietates sepe occurrunt in sequentibus
quarum quedam determinantur per sino-
dochen vel quia conregnaverunt
quandoque filii patribus. ut in diverso
tempore vero determinari non possunt vi-
cio scriptorum ascribuntur.

De Asa et regibus Israel Nadab et Baasa et Hela

Igitur Asa fecit rectum coram domino
sicut David pater eius et ab-
stulit effeminatos de terra et sordes

sunt Hebrei qui
misse ydolorum
ydolum in pul-
vere. et clam
sparsisse in tor-
rentem Cedron
quod ut pala(m)
fieret ex aqua
ignis processit
a domino
sed non abstulit
eius Jeroboam
ipse anno secundo
hic patet prima
pio xx secundi

ydolorum et ma-
acham matrem
suam amovit
ne esset princeps
in sacris Priapi
et subvertit spe-
cum eius et simul-
acrum turpe com-
bussit in torrente
Cedron. excelsa
porro Nadab fi-
lius Jeroboam regnavit super
Israel anno secundo Asa regis Iuda
Jeroboam in primo
anni regni sui

mortuus est hic enim annus
fuit secundus regni Asa. et regna-
vit super Israel duobus annis
id est anno uno et aliqua parte
alterius anni. Nam pars anni
vocatur annus per sinodochen. sic
in Genesi dicitur corpus Christi fuisse
tribus annis et dimidio. Cuius
pars dimidii anni vocatur di-
midius annus. Sepe etiam fit ergo
ut tota summa temporis. nominetur
partis sue vocatur per sinodochen
ut ibi Noe cum dicitur esset annorum
genuit Sem. cum tunc esset Noe
et duorum annorum. hec duplex
sinodoche plurimum occurret
in sequentibus. sed hec dicta suffi-
ciant. Nadab non ambulavit
in viis patris sui. quibus pecca-
re fecit Israel. Cum cum obsideret
Gebbethon urbem Philistinorum
insidiatus est ei Baasa et occi-
dit eum et regnavit pro eo
tercio anno Asa Iuda regis et
percussit omnem domum Jeroboam
iuxta verbum Ahie Silonitis
et regnavit in Thersa xxiiii
annis non tamen completis. et erat
bellum inter Asa et Baasa cunctis
diebus eorum. Porro Asa x regis
regni sui percussit Zara qui cum
Ethiopie plaga fundi. qui cum
erat in terram Iuda et recedit
Asa a victoria. occurrit ei Azarias
ab ipso. dicens victoriam sibi
a deo concessam. quia legem
eius servabat. Tunc scrip-
sit Asa cum omnem prudentiam
ut omnia legittima diligenter
servarent. Baasa vero legem
tabel peccavit coram domino
ambulans in viis Jeroboam
et ultra et venit ad eum Hieu
propheta filius Anani dicens hec
dicit dominus. Exaltavi te de
pulvere. tu autem ambulasti
in via Jeroboam. et in multis
peccare fecisti populum meum. et ecce
demetam posteriora tua. et

faciam domum tuam sicut domum
Jeroboam pro peccatis tamen
non quievit Baasa et ascendit
in Iudam et edificavit Rama
per stadiis altam. Timens autem
Asa rex Iuda se arctari, tollens
aurum et argentum de domo
domini et domo regia misit
illud per servos suos ad Bene-
adab regem Syrie in Damasco
dicens: fedus enim fuit
inter patrem meum et tuum
et inter me et te. Peto ut irri-
tum facias fedus quod habes
cum Baasa ut recedat a me.
Et acquiescens Benadab misit
exercitum in civitates Israel.
Quod audiens Baasa inter-
misit edificare Rama et
munivit de lapidibus rex Asa Gabaa
et Maspha. Et tremit autem
Ananias pater Hieu arguens eum
quod relicto domino spem posuerat
in rege Syrie. Et misit eum rex
in nervum inter quos in tempore
senectutis sue doluit pedes et
mortuus est et sepultus est in
civitate David et regnavit Jo-
saphath filius eius pro eo.

Incidentia

Sub Asa fuit Octavius rex
Latinorum Silvius Capitus
Decurtum eo adhuc iuvente
descendit secundum quosdam his-
toria ad Baasa regem Israel
arguendum et occidit eum. Baasa
et sepultus in Thersa. Occisus est
autem ut dicit Josephus a Camone
in ultione sua. Et regnavit pro
eo in Thersa filius eius Hela
anno xxvi Asa regis Iuda et
regnavit super Israel duobus
annis, i. anno et parte anni.
Quem dum ebriaret in domo
Arsa prefecti sui percussit eum te-
mulentum Zamri servus suus

dux medie partis equitum. Per-
cussit quoque omnem domum Baasa iux-
ta verbum Hieu prophete.

De Zamri et Amri

Anno xxvii Asa regis
Iude regnavit Zamri in Ther-
sa vii diebus. Porro exercitus Is-
rahel obsidebat Gebethon. Cum
audisset Zamri occidisse regem
constituit sibi regem Amri qui erat
princeps milicie in castris anno x-
xvii. Ascendit Asa ergo Amri et
omnis Israel cum eo et obsidebat Ther-
sa. Timens autem Zamri fugit in do-
mum regiam et succendit se cum ea.
Tunc divisa est populus Israel. Me-
dia pars Amri et duravit hec conten-
cio tribus annis et plus. Hoc Amri qui
iam regnabat et prevaluit Amri
et interfectus est Thebni. Anno x-
xxi Asa regis Iuda regnat Amri
plene super Israel et vi annis re-
gnavit a prima electione sua. In
Thersa regnavit vi annis et emit
a Somer duobus talentis argenti
montem preterea in quo erat civi-
tas Mateon et reparavit eam et impo-
suit ei nomen Samareon quia a
Somer et Mateon. Que dicitur certe
Samaria. Et in ea posuit sedem
regni qui prius fuerat in Thersa
et fecit Amri malum coram domino
super omnes qui fuerunt ante eum
et mortuus est in Samaria et
regnavit Achab filius eius pro
eo. Anno xxxviii Asa regis Ju-
da hic forte pater vitans scri-
ptores regnavit cum Amri pater
Achab xii annis ut dictum est et ce-
pit regnare anno xxxi Asa
qui regnavit xli anno et
ita Asa mortuus est adhuc Amri
vivente. Verum est aliter quod dicit
Josephus quod iam regnante Josaphath
filio Asa cepit regnare Achab.
Tamen determinatione que hic

fieri solet in fine ponemus regum

De achab et iezabel et helya

Et regnavit achab super israel
xxii annis. anno iosephat regis
x annis et duabus mensibus
Nec suffecit achab ut ambula-
ret in viis ieroboam. sed introdu-
xit ydola gentium in israel. et duxit
uxorem iezabel filiam metha-
bal regis sydoniorum. et edificavit
in samaria fanum et altare baal
et adoravit eum. In diebus eius
redificavit ahiel de bethel ie-
richo. Cumque poneret fundamenta
eius mortuus est abiran primo-
genitus eius. Cumque portas muniret
mortuus est segub novissimus
filius eius iuxta imprecationem io-
sue. Et misit dominus helyam thesbi-
tem de habitatoribus galaad ad
achab. Cui ait ad terrorem vivit do-
minus deus israel. in cuius conspectu
sto si erit annis hiis ros et plu-
via iuxta oris mei verba. Apoca-
lipsis est vel ponitur. si peccato non et que-
rebat achab animam helye. Cui
fugit ex precepto domini et latuit in
torrente carith. qui est contra Ior-
danem. Corvi autem deferebant
ei pane et carnes. mane et vespe-
re et bibebat de torrente. Post dies ar-
efactus est torrens. Non enim plu-
erat super terram. Et ait dominus
ad helyam. Vade in sarepta sydo-
niorum. precepi enim ibi mulieri vidue
ut pascat te. et erat sarepta urbs
mediana inter tyrum et sydonem. Sed
et silva iuxta urbem sarepta dice-
batur. Cumque venisset helyas
ad portam civitatis apparuit ei
mulier vidua colligens ligna.
Cumque quesisset ab ea poculum
aque. addidit etiam ut afferret ei
buccellam panis. Cui respondit
se non habere. nisi pugillum farine
in ydria et paululum olei quo co-
queret eam et panem ex ea factum co-
mederet cum filio suo. sed post defi-
ciente cibo exhalaret animas. Cui helyas
ait. Noli timere. Sed fac mi-
chi primum subcinericium panem
tibi et filio tuo facies postea.
Hec enim dicit dominus. ydria fa-
rine non deficiet. nec lechitus
olei minuetur. donec pluat
super terram. Et fuit cum helyas
apud viduam tempore aliquo.
Post hoc mortuus est filius
mulieris. que dixit ad helyam.
Cur ingressus es ad me vir
dei. ut rememorarentur iniqui-
tates mee. vel magis apparerent
ex comparatione equitatis tue et ideo
interfectus est filius meus. Et
posuit helyas puerum super lec-
tulum suum in cenaculo superiori
et expandit se super eum ter
et clamavit ad do-
minum. et vixit puer. Cumque
recepisset mulier ait. Nunc
cognovi. quoniam vir dei es tu. Hunc
puerum tradunt hebrei fuisse
Ionam prophetam.

De sacerdotibus baal quos interfecit helyas

Post tertium annum siccita-
tis et famis. dixit dominus
ad helyam. Vade ostende te
achab ut dem pluviam super
terram. Erat autem fames ve-
hemens in samaria. Cuius
etiam meminit menander in
gestis sydoniorum. Et habebat sibi
achab procuratorem domus sue
abdiam. Cui cum interficeret ie-
zabel prophetas domini. abscon-
dit centum prophetas in duabus speluncis
quinquagenos. et pavit
eos pane et aqua. pre quo donatus est
spiritu prophetie. descendente
ad quod dixit achab. de
ad convalles. et queramus pabula
equis et mulis. et diviserunt
sibi regiones. Occurrit autem
helyas abdie in via. dixit
Vade dic domino tuo adest
helyas. Et ille quid peccavi
... nuntiabo achab adesse

veniunt congregata ad monte omnes
israel in monte carmeli et prophetas
Baal occidit

Helias spiritus domini asportabit
te in locum quem ignoro et ingre-
diens te achab interficiet me
servus autem tuus timet dominum
ab infancia sua. et ait Helias
vivit dominus. quia hodie ei
apparebo achab. et vocatus
achab per abdiam occurrit helie
et ait Tu ne es ille. qui con-
turbas israel. Cui ait non ego tur-
bavi sed tu. et domus patris tui
qui reliquistis dominum. secuti estis
Baalim. tantos et prophetas lucorum
qui comedunt de mensa Jezabel
et congregati sunt populus et pro-
phete in monte carmeli. et ait
Helias ad populum usquequo claudi-
catis in duas partes. Si dominus
pater meus est deus sequimini il-
lum. Si autem Baal sequimini
eum. Non respondente populo. intulit
Helias Ego sum hic solus pro-
pheta domini et prophete Baal
multi. dentur nobis duo boves
Ille eligant bovem unum. cuius
frusta ponant super ligna ignem
non supponentes et ego faciam similiter
de altero bove. Ipsi invocabunt
deos suos et ego dominum meum. et
qui exaudierit dando ignem de
sublimi ipse sit deus. et placuit
populo proposito helie. Cumque
sacerdotes Baal fecissent
ut dixerat invocabant Baal
a mane usque ad meridie. et insili-
ebant altare quod fecerant
et incidebant se iuxta ritum suum
lanceolis. ut sanguine per-
funderentur demones enim plu-
rimum delectantur oblatione san-
guinis humani. et illudebat eis
Helias dicens Exaltate cla-
morem. forte deus vester dor-
mit. aut cum alio loquitur
aut in diversorio est. et dixit He-
lias ad populum. accedite ad me et
populo. curavit altare domini. quod
destructum fuerat vel destruxit
altare illorum et mundavit locum

ut ibi faceret altare novum domino
et tulit xii lapides iuxta numerum
tribuum israel et edificavit ex eis
altare in nomine domini israel. et fecit
aque ductum in circuitu altaris per
duo loca. et ligna supposuit. et
membra bovis precepit ei afferri
aquam forte de mari magno et ef-
fudit super holocaustum et ligna
et facta est trina effusio aque
usque ad impletionem aque ductus
ne forte putaretur arte magica
vel de visceribus terre suscitasse ignem
et clamavit Helias ad dominum.
ambo filii Domine deus patrum
meorum exaudi me hodie ut discat
populus iste quia tu es deus. et
descendens ignis de sublimi
devoravit holocaustum et ligna et
lapides pulverem et aquam. que
erat in aque ductu lambens
et adoravit populus et ait dominus
ipse est deus. et mandante Helia
apprehenderunt omnes prophetas Baal
et duxerunt ad torrentem Cyson
et interfecit eos ibi Helias et ait
ad achab Ascende et comede
ante descensum pluvie. et come-
dente achab. Helias ascendit in
verticem carmeli. et pronus in terram
capite inclinato inter genua
orabat. et ait ad puerum suum
vide contra mare. si ascendat nubes
et erat enim aer serenissimus
et ait puer. Non est quicquam et
iussit eum septies. Septima
autem vice ascendebat nubecula
de mari crescens usque ad magnam
quantitatem. et ait Helias ad achab
descende cito in iezrael ne te
occupet pluvia. et ecce contene-
brati sunt celi et nubes
et ventus et pluvia facta est gran-
dis. Ascendit autem achab
in iezrael et facta manus dei
super heliam. et currebat ante
achab donec intraret urbem
Cumque accepisset iezabel

que fecerat helias prophetis suis
indignata misit nuncios ad
heliam dicens Hec faciat michi
dii et hec addant nisi cras hac
hora posuero animam tuam sicut
tu posuisti animam unius ex illis

De fuga helye et vocatione helysei

Cxix Et timens helias fugit in Ber-
sabee et dimisit ibi puerum
suum Jona ut tradunt. et solus
abiit in desertum viam unius diei
et sedens subter unam juniperum orat
ut moreretur dicens se non esse
meliorem i. digniorem vita patribus
ut illis parte ipse vivere coaptaret
et proiciens se obdormivit Et ecce
angelus domini tetigit eum dicens
surge comede et erat ad caput eius
subcinericius panis et vas aque
et comedit et bibit et rursum
obdormivit et suscitatur eum angelus
secundo dicens. comede gran-
dis enim tibi restat via Jose tra-
dit angelum non excitasse eum
sed aliquem. et comedit helias et
ambulavit in fortitudine cibi
illius xl diebus. et xl noctibus
usque ad montem dei oreb. in quo
apparuit dominus moysi in ru-
bo et mansit ibi helias in spe-
lunca Et ait dominus ad eum quid
hic agis helia Qui respondit ze-
latus sum adversus Jezabel
prophete nam altaria tua destru-
xerunt. prophetas tuos occiderunt
et relictus sum ego solus et querunt
animam meam et auferant. et ait dominus
ad eum Egredere et transibit dominus
coram te ita quod invisibiliter prius
transierunt in quibus non transit
dominus Primo quod transiit ventus
fortis subvertens petras sed non in
vento dominus Secundo transiit commotio
terre. sed non in ea dominus Tercio
transiit ignis. sed non in igne
dominus Quarto transiit sibilus
ante tenuis. et in eo dominus
Et operuit vultum suum helias
pallio et stetit in hostio spelunce
et dominus transiens dixit ad eum
quid hic agis helia Et re-
spondit ei sicut et supra et dominus ad
eum Revertere per desertum. et vade in
damascum. et in unctione mei un-
gens azael Regem super Syriam
et iheu filium nasi Regem super
israel heliseum autem filium saphat
de abela mehula prophetam pro te.
Et isti tres interficient rebellatores
in israel alios azael alios iheu
alios heliseus. et relinquam in
israel vii milia virorum quorum
genua non sunt curvata ante
baal. nec osculati sunt manum
eius Et nota quod helias non ali-
cuius unxit azael. nisi quod
predixit per heliseum eum regem
futurum Iheu vero nec ipse nec
heliseus inunxit. sed unus
de filiis prophetarum missus ab heliseo sed he-
liseus vero non unxit. nisi quod
pallium suum posuit super eum
Non enim in lege ungebantur
nisi rex et sacerdotes et prophete
ergo helias invenit xii
arantes. in xii iugis boum.
quorum unus erat heliseus. et
posuit ~~pallium~~ helias pallium
suum super illum. et continuo se-
cutus est heliseus ut ait Jose-
phus et currens post helia ait os-
culer. oro te patrem meum et
matrem meam et sequar te et
reversus mactavit par boum
et coxit illud in lignis aratri
et dedit esus contribulibus
et secutus est heliam surgens et
ministrabat ei

~~De sacerdotibus quos interfecit helias~~

Porro Benadab rex Syrie
obsidebat Samariam
cum secum xxxii reges. et

misit Achab in Samaria
dicens. Si iussi ut recedam
a te. cras hac eadem hora
mittam servos meos et omne
quod placuerit eis tollent de
domo tua. et domibus servorum
tuorum etiam uxores et filios.
et misit Achab consilium cum
senioribus. Qui dixerunt non
acquiescas illi. et sic Achab
nuncijs Benadab dicite domino
meo omnia que misisti in initio
faciam vel facere possum. hanc
autem rem non facere non possum
scilicet de senioribus et liberis. et indi-
gnatus Benadab remisit ad
eum dicens hec faciant mihi
dii. et hec addant. si suffecerit
pulvis Samarie pugillis omnis
populi mei. qui sequitur me. Sa-
maria habebat intus terram
pene muris equalem. et e[st]
sensus. Tanta mecum est multi-
tudo. ut si singuli lapidem
unum vel sabulum. vel terre par-
tem apportaverint. tantum
erigent aggerem. qui equabit
muris Samarie et intus
posite. et ita ex equo pugnabunt
nobiscum. Et respondens rex Israel. di-
cite ei. Non glorietur accinctus
eque ut discinctus. et est sensus
Adhuc es accinctus armis et
res est in pendulo. Noli ergo
gloriari. quasi iam victor sis et
discinctus armis depositis. q[uasi]
d[icat] non est gloriari. sit preliator si-
ve victor. Vel secundum aliam literam
non glorietur accinctus. atque dis-
cinctus. id est victoria non potest
gloriari accinctus multitudine
nec discinctus id est carens multi-
tudine. quia sepe pauci vincunt
multos. Porro Benadab cum
regibus suis bibebat in um-
braculis et ait servis suis Cir-
cumdate civitatem. Civitate
cumque expugnaret eam timu-
it Achab nimis. et ecce propheta
confortavit eum inquiens
Ut quid trepidas. et ait hec dicit dominus
Ego tradam omnem hanc multitudinem
in manum hodie tuam. ut scias quia
ego sum dominus. Et ait Achab
per quem. Qui ait per pedissequos princi-
pum provinciarum. et ait Achab.
Quis erit dux eorum. Qui ait Tu.
et invenit Achab filios princi-
pum ccxxxii. Et egressus
est cum eis. Cumque initiatum esset
Benadab quod egressi essent de
Samaria. misit in occursum eorum
viros dicens. Sive ad pacem
venerint sive ad bellum apprehen-
dite eos vivos. Filii vero princi-
pum percusserunt eos. unusquisque
virum. qui contra se veniebat
et fugit exercitus Syrorum. Et e-
gressus rex Israel. percussit equos et
currus. et Syriam plaga magna.
Tunc accessit propheta ad Achab
dicens. confortavit te dominus
vide quid facias ei. Sequenti
anno rex ascendet contra te
q[uasi] d[icat]. necesse tibi est. ut habeas
cautelam. Tunc dixerunt servi
Benadab ad eum dii montium
sunt dii eorum. et pugnavimus cum
eis in montibus. et ideo vicerunt
nos. pugnemus ergo in campestri-
bus ubi dii eorum nil possunt. et
obtinemus eos. Tu autem fac verbum
hoc. Amove ab exercitu reges
qui multi sunt et pone principes
procerum. et instaura numerum pugnatorum
quos ante habuisti

De victoria Achab

Igitur post annum venit Be-
nadab cum exercitu in Aphech
que est in campestribus. porro filii
Israel castra metati sunt contra
eos. quasi duo parvi greges ca-
prarum. Syri autem repleverunt terram
et dixit unus vir dei ad A-
chab. quia dixerunt Syri deus

monium est domini et non uallium
tradam eos in manu tua. Et dire-
xerunt acies ex adverso vii diebus
Septima autem die percussi sunt
de Siris C milia peditum. Et reli-
qui fugerunt in affech et cecidit
murus super eos qui remanserant
Benadab autem fugiens in civi-
tatem ingressus est cubiculum quod erat
intra cubiculum. Dixerunt autem ei servi
sui Ecce audivimus quod reges
domus Israhel clementes sint. Ponamus
itaque saccos in lumbis nostris et
funiculos in capitibus nostris et egrediamur ad
regem Israhel forsitan salvabit
animas nostras. Accinxerunt saccis lumbos
suos et posuerunt funiculos
in capitibus venerunt ad regem Israhel
et dixerunt ei Servus tuus
Benadab dicit Vivat oro te anima
mea. Qui dixit Si adhuc vivit
frater meus est. Quod acceperunt viri
pro omine et festinantes rapuerunt
verbum ex ore eius atque dixerunt
frater tuus Benadab. Et dixit eis Ite et addu-
cite eum. Egressus est ergo ad eum Benadab et
levavit eum in currum suum.
Qui dixit ei Civitates quas tulit pater meus
a patre tuo reddam et plateas fac
tibi in Damasco sicut fecit pater
meus in Samaria et ego foederatus
recedam a te. Pepigit ergo foedus et dimisit eum
Tunc vir quidam de filiis prophetarum
dixit ad socium suum
in sermone Domini Percute me. At ille noluit percutere.
Cui ait Quia noluisti audire
vocem Domini ecce recedes a me
et percutiet te leo. Cumque paululum
recessisset ab eo invenit eum leo atque percussit.
Sed et alterum inveniens virum
dixit ad eum Percute me. Qui percussit eum et vulneravit.
Abiit ergo propheta et occurrit regi in via
et mutavit aspersione pulveris os et oculos suos.
Cumque rex transisset clamavit
ad regem et ait Servus tuus egressus est ad proeliandum
cominus et cum fugisset vir unus adduxit eum
quidam ad me et ait Custodi virum istum. Qui si lapsus
fuerit erit anima tua pro anima
eius aut talentum argenti
appendes. Dum autem ego turbatus huc
atque illuc me verterem subito non
comparuit. Et ait rex Israhel ad eum Hoc
est iudicium tuum quod ipse decrevisti. At ille
statim abstersit pulverem de facie sua et cognovit eum
rex Israhel quod esset de prophetis. Qui ait ad eum Haec
dicit Dominus Quia dimisisti virum dignum
morte de manu tua erit anima
tua pro anima eius et populus tuus pro populo eius.
Reversus est igitur rex Israhel in
domum suam audire contemnens et furibundus
venit in Samariam

De vinea Naboth

Post verba autem haec vinea erat Naboth Iezrahe-
litae qui erat in Iezrahel iuxta
palatium Ahab regis Samariae. Locutus est ergo
Ahab ad Naboth dicens Da mihi vineam
tuam ut faciam mihi hortum
holerum quia vicina est et prope domum
meam daboque tibi pro ea vineam meliorem
aut si commodius tibi putas argenti pretium quanto
digna est. Cui respondit Naboth Propitius mihi sit
Dominus ne dem hereditatem patrum meorum
tibi. Venit ergo Ahab in domum suam indignans
et frendens super verbo quod locutus fuerat ad eum
Naboth Iezrahelites dicens Non do tibi hereditatem
patrum meorum. Et proiciens se
in lectulum suum avertit faciem
ad parietem et non comedit panem.
Ingressa est autem ad eum Hiezabel
uxor sua dixitque ei Quid est hoc unde anima tua
contristata est et quare non comedis panem.
Qui respondit ei Locutus sum Naboth Iezrahelitae
et dixi ei Da mihi vineam tuam accepta
pecunia aut si tibi placet dabo tibi vineam meliorem
pro ea. Et ille ait Non do tibi vineam meam.
Dixit ergo ad eum Hiezabel uxor eius
Grandis auctoritatis es et bene regis regnum Israhel.
Surge et comede panem et aequo esto animo
ego dabo tibi vineam Naboth Iezrahelitae.
Scripsit itaque litteras ex nomine
Ahab et signavit eas anulo eius
et misit ad maiores natu et optimates qui erant
in civitate eius et habitabant cum Naboth.
Litterarum autem erat ista sententia Praedicate ieiunium
et sedere facite Naboth inter primos populi
et submittite duos viros filios Belial contra eum
et falsum testimonium dicant Benedixit
Deum et regem et educite eum et lapidate
sicque moriatur. Fecerunt ergo cives eius
maiores natu et optimates qui habitabant
cum eo in urbe sicut praeceperat eis Hiezabel.
Et lapidaverunt eum lapidibus et mortuus est.
Cumque audisset Ahab mortuum Naboth
surrexit et descendebat in vi-

neam ut possideret eam. et o-
currit ei helias thesbites
dicens. Hec dicit dominus. o-
cidisti insuper et possedisti. he-
breus hec audisti et post hec
hereditabis. In loco hoc in quo
linxerunt canes sanguinem
naboth. lambent et sangu-
inem tuum. i. in eadem regione
non enim intelligendum est in eodem
loco singulariter. Qui respondit: In-
venisti me inimicum tibi? quia
inimicus michi. et ait helias
eo quod venundatus sis dyabolo
ut faceres malum coram domino.
Interea dominus demetet posterio-
ra tua et dabit domum tuam
sicut domum Jeroboam. et baasa.
Sed et de iezabel dicit dominus
Canes comedent iezabel in
agro iezrahel. Achab ergo timens
valde scidit vestem suam. et o-
peruit se cilicio et dormivit
in sacco et ambulavit demis-
so capite et ait dominus ad he-
liam: Quia humiliatus est
Achab coram me. non inducam
malum hoc in diebus eius. sed
in diebus filii sui. Et forte
dimissum est ei peccatum propter pre-
sentem iustitiam. Transierunt igitur
tres anni sine bello inter
Syriam et israel propter fedus quod
inierant ~~de morte Achab~~

Venientem autem Josaphath
rex iuda accepit uxorem
filio suo Joram athaliam filiam
Achab et iezabel. et propter affini-
tatem confederati sunt rex
iuda et rex israel. Tunc descen-
dit Josaphath ad regem israel
in deliciis. et eo presente di-
xit Achab servis suis: Nostra
est ramoth. que est in gala-
ad. et nos negligimus eam tollere
de manu regis Syrie. et ait

ad Josaphath: venies ne mecum
ad pugnandum in ramoth gala-
ad? Qui respondit: sicut ego ita et tu po-
pulus meus. populus tuus. Sed
quere obsecro hodie sermonem
domini. et acciti sunt prophete circiter
quadringenti. Quibus rex ait: Ibo in
ramoth galaad ad pugnandum
an quiescam? Qui dixerunt:
Ascende et dominus dabit eam
in manum regis. et ait Josaph-
ath: Non est hic propheta domini? Cui
Achab: remansit unus micheas
filius iemla. sed odi eum. cum-
quia non prophetavit michi bonum.
putabat reliquos [illegible] ieza-
bel. Tunc petente Josaphat
vocatus est micheas et horta-
batur eum nuncius ut bona regi
diceret. sicut et alii. Qui respondit: Vi-
vit dominus quia quodcumque di-
xerit michi dominus hoc loquar.
Porro inter pseudo prophetas erat Se-
dechias faciens cornua ferrea et
dicens ad Achab: Hec dicit dominus:
His ventilabis Syriam. donec
deleas eam. i. hoc signum do tibi
quod ventilabis Syriam. Tunc
quesivit Achab a michea id-
ipsum quod quesierat ab aliis.
Cui ille: Ascende et tradet eos
dominus in manus regis. Non
hoc dixit quos vel cuius regis.
Cui Achab: Adiuro te. ut non
loquaris nisi quod verum est in
nomine domini. Tunc micheas:
Vidi israel dispersum quasi oves sine
pastore et ait mihi dominus: Non
habent isti dominum. revertantur. et in-
telligens Achab quod prediceret
ei se moriturum. dixit ad Josa-
phat: videtis quia non prophetat michi
bonum. Tunc addidit miche-
as: Vidi dominum sedentem et ange-
los assistentes ei bonos a dextris
malos a sinistris. et ait: Quis
decipiet michi Achab ut ascen-

quadringenti prophete deceperunt Achab

De Sedechia propheta

Prophetia Michee

dat. et cadat in Ramoth gala-
ad hoc enim exigebant merita eius
et dixit unus a sinistris Ego
ero spiritus mendax in ore pro-
phetarum eius Cui dominus decipies
et prevalebis Tunc sedechias
percussit micheam in maxilla
et ait me ne dimisit spiritus
domini et locutus est tibi Cui
micheas. Visurus es quando abscon-
deris in cubiculo. tamquam deprehen-
sus in mendacio. et videt sedechi-
as regem hesitantem. et confor-
tavit eum secreto dicens hec
si esset propheta aruisset manus mea
ieroboam sed et locutus est contra
heliam. quando predixit te moriturum
ubi mortuus est Naboth Tunc
precepit rex incarcerari michea
usque adreditum suum

is in caº in mete predeti

c xxvi ieroboam autem

De morte achab

Ascenderunt igitur duo reges
cum exercitu in ramoth
galaad et Josaphat erat in-
stola regali Sed achab deserens
honorem suum erat in habitu militari
vel ne cognosceretur Asyrius rex
enim Syrie preceperat principibus
belli. ut reliquos. non alterates
solius achab sanguinem circu-
irent. et ipsi cum impetu facto
pugnabant contra Josaphat
Qui cum exclamasset confugiens
suos. intellexerunt Syri non esse
achab. et cessaverunt ab eo Unus
autem dirigens sagittam in incertum
percussit achab inter pulmonem
et stomachum et fluebat san-
guis in sinum id est in interiora currus
et per processus renovata est victa
a bello Mortuus est achab et
delatus est in Samariam et sepultus
ibi unde domum eburneam quam edi-
ficaverat et dum lavarent quadri-
gam et curtile curruum. et habenas in
piscina Samarie linxerunt canes
sanguinem eius iuxta verbum he-
lie et regnavit ochozias filius
eius pro eo Porro Josaphat re-
deunti occurrit iheu filius anani
arguens quod impio prebuisset

auxilium

De Josaphat

Josaphat vero regnavit cum
illum xxv et xxv annorum
erat cum regnare cepisset et xx
v annis regnavit Cepit autem
regnare anno quarto achab
regis israel deo et hic oritur que-
stio de collationibus. quam omit-
timus liberum Regum separatim di-
lucidatque. et ambulavit Josaphat
in viis Asa patris sui Anno
siquidem tertio regni sui precepit
principibus et sacerdotibus ut cir-
cuirent per singulas civitates et
docerent populum legem Moysi Mo-
abite amonite moabite iudam
et arabes venerunt contra Jo-
sapha. et orante Jo-
saphath in templo consolatus est
eum ut legitur in paralipomenon
iaziel filius zacharie propheta
dicens o iuda o ierusalem nolite
timere Cras egrediemini et dominus
erit vobiscum. et egressus pre-
sit hostes et fugavit Cuius
diripere israel castra hostium. tri-
bus diebus deinde loci illius
valle benedictionibus benedictionis
et habuit deinceps pacem tantum
cum domino deo et reliquias
effeminatorum abstulit de terra
Verumptamen excelsa non abstulit
et adhuc serviebat Edom re-
gi iuda in tributo Fecit quoque
Josaphat classes in ophir que per-
irent que constructe sunt in
asyon gaber. hanc confractionem
predixerat ei Eliezer propheta
filius doda futura. quia Jo-
saphat fecerat fedus cum ocho-
zia et mortuus est Josaphat
et sepultus in civitate david
et regnavit pro eo ioram filius
eius

Incidentia

Sub Jozaphat nonus latinorum
rex fuit silvius carpentus
post silvius tiberinus a quo flu-
vius dictus est tiberis

pus albula dicebatur vndeque
Siling agrippa

Incipitur liber quartus
regum de ochozia rege
ysrahel

Porro ochozias filius a
chab regnare cepit in sa-
maria anno xvii° Josaphat et
duobus annis regnauit et am-
bulauit in via patris et ma-
tris sue. et preuaricatus est mo-
ab in ysrahel i. recessit a tributo
eius. Cecidit quoque ochozias per
cancellum cenaculi et egrotauit
et misit nuncios. qui consule-
rent Beelzebub deum accha-
ron de infirmitate sua. Josephus di-
cit misit ad deum Accharon
muscam. et misit dominus he-
liam in occursum nunciorum
qui ait eis Nunquid deus non
est in ysrahel. ut eatis ad deum
accharon. Quapropter non con-
surget ochozias. sed morietur.
Cumque redissent nuncii ad
regem. et dixerent se reddi-
sse prohibitos. quesiuit
ab eis de habitu uiri qui
apparuerat eis qui dixerunt
vir pilosus est et zona
pellicea accinctus. Qui ait
helias est. et misit quinqua-
genarios cum suis l. armatis
ut vocaret helia. vel inuitum
eicerent. et ait quinquagenarius
helie sedenti in vertice montis
homo dei Rex precepit ut de-
scendas. Cui ait si homo dei
sum descendat ignis de ce-
lo et deuoret te et tuos. et
sic factum est. Misit et Rex
alium quinquagenarium. cum
suis. qui similia locutus
est et similia passus. Destinatum
tertium quinquagenarium qui
creditur fuisse abdias cum
curuatis genua coram helya
ait obsecro ut miserearis anime
mee et suorum meorum et
ait Angelus ad heliam

descende cum eo ne timeas. Qui
descendit. ad regem et ait. Quia
misisti ad Beelzebub. quasi non esset
deus in ysrahel morieris. Et mortuus
est ochozias. et regnauit ioram fra-
ter eius pro eo anno secundo Ioram filii
Iosaphat. et tunc cognati fuerunt
rex ysrahel. et rex iuda et affines

De raptu helye

Factum est cum leuare vellet
dominus heliam per turbinem
in celum. venerunt helias et heli-
seus in galgalis et ait helias ad
heliseum Mane hic quia misit
me dominus in Bethel. Cui ille.
Viuit dominus. et viuit anima tua. quia
non derelinquam te. Sciebat enim
in spiritu eum tollendum esse. et occur-
rerunt eis filii prophetarum. qui erant
in Bethel. et dixerunt ad heliseum
Scito nosti quia hodie tollet
dominus tuus a te. Cui ille. scio sile-
te. et ait helias Mane hic. Qui
noluit. Cumque venissent Iericho
idipsum dixerunt helizeo filii pro-
phetarum qui erant ibi. quod et postea
et noluit helias ut maneret ibi
sed noluit. Cumque venirent
ambo ad Iordanem et l. de filiis
prophetarum. a longe speculabantur
involuit helias pallium suum
et percussit aquas Que diuise
sunt et per transierunt per siccum
Cumque transissent. dixit he-
lias ad eum. postula quod vis
ut faciam tibi antequam tollar a
te Cui ille. obsecro ut fiat spiritus
tuus duplex in me. Cui ille. rem
difficilem postulasti. tamen si videris
me cum tollar a te erit. alioquin
non erit. Spiritum duplicem habuit
helias i. donum prophetie. et
miracula ad casum duo. fuit
in heliseo, et ita non potuit discipulus
esse super magistrum. Quidam
hic distinxerunt ita fiat spiritus
tuus duplex in me i. duplicem

C XXV

Jnnue quod ita impletum fuisse
tradunt. Nam helyseus viuens mor-
tuum suscitauit. sed mortuus su-
scitauit mortuum. quod non helyas.
Hemmorrissa presente. Ecce currus i-
gneus. et equi ignei diuiserunt
utrumque. et ascendit helyas. et
ferebatur in celum. Pluribus a(u)c(tor)ibus esse
dicitur. Sabacha pater helie. non
dum nati vidit in sompniis vi-
ros candidatos se salutantes eo
quod initiassent eum in celum. Responsum
est ei. Pullet hic inhabitabit israhel
in gladio et ignem. Heliseus autem
videbat. et clamabat. Pater
mi pater mi. Currus israhel. et
auriga eius. id est sustentator po-
puli. et rector. Et decidit ei heli-
as pallium suum. Tunc ille scin-
dit uestimenta sua et prosoloke
et abiciens uestem suam. ut de
inceps uteretur ueste helye. et
rediens ad iordanem percussit aquas
pallio helye. et non sunt diuise
et ait. Ubi est deus helie. etiam
nunc. percussit eas iterum et diuise
sunt. et transiit. Quod uidentes
filii prophetarum dixerunt. Requieuit
spiritus helye super heliseum.
Et occurrentes adorauerunt eum.
et eo licet renitente miserunt
L. uiros ad querendum heliam si for-
te proiecisset eum dominus in ali-
quo montium. et uallium. Qui cum que-
siissent per tres dies. eo non inue-
to redierunt.

De sale Elizei

Viri dixerunt uiri Jericho
ad heliseum. Terra huius
optima est. sed aqua fontis
pessima. terram facit sterilem.
Qui assumens nouum uas et in-
misit in illud sal. et egressus
ad fontem misit sal in illum.
et cum orasset ait. Hec dicit dominus
Sanaui aquas has. et non erit
in eis mors ultra neque sterilitas

forte morbosa erat bibentibus
cum sterilitate. Et sanate sunt
aque usque in diem hanc. Cumque
ascenderet in Bethel. illu-
debant ei XL II pueri dicentes
Ascende calue. et maledixit
eis in nomine domini id est pronomine
domini. uel in uocato nomine
domini. Egressi quoque sunt duo
ursi de saltu et deuorauerunt eos.
Cumque transisset in monte car-
meli rediit in Samariam
et habitabat in ea

De tribus regibus qui ob-
sederunt regem moab

Porro Joram filius Achab
regnauit in Samaria
anno XVIII° Josaphat. et XII
annis regnauit. Tulit quoque titulos
idolum vitulum. quem pater suus
introduxerat. Vetustiores autem vi-
tulos Jeroboam non re-
cessit. Hic cum redargueret
Micheas occisus est ab eo
precipio ut dicit Epiphanius
Ciprius Salamine episcopus et se-
pultus est in morasti solo
iuxta sepulturam Enachim.
Alius fuit hic Micheas qui
morastites sextus VII prophetarum.
Porro rex moab soluebat
regi israhel tributum. agnos C
milia et totidem arietes cum
uelleribus suis. Sed mortuo
Achab. recessit a tributo.
Quamobrem Joram rex israhel asce-
dit contra eum in prelium et
rogauit secum Josaphat re-
gem iuda. Sed et Josaphat
duxit secum regem Edom.
Cumque iuissent per desertum
ydumee VII diebus non
erat eis aqua. et ait Josa-
phat. Est ne hic propheta domini
per quem. Et hic Eliseus

qui fundebat aquam super
manus helye. Et steterunt
tres reges ante Eliseum. Et
dixit ad Regem israel. Quid
michi et tibi? vade ad prophetas patris tui et matris tue. Sed idola-
latra que venit ad Iosaphat,
dei receptus propter Iosaphat re-
gem iuda. Et ait. Adducite
michi psaltem. Cumque ca-
neret psaltes. patrimonia exalta-
tus est spiritus eius. et facta est
spiritus domini super eum. et ait fa-
cit in alveos torrentis huius ex-
siccato. fossas et fossas ut ha-
bundancia supervenientis aque
retineri possit. Dabit enim dominus
vobis aquam sine vento, et pluvia
in habundancia. Insuper tradet
dominus moab in manus vestras.
urbes electas percucietis ligna
fructifera succidetis. fontes
obturabitis. Sibitis agros egregi-
os operietis lapidibus. Factum
est mane in hora sacrificii
venerunt aque palmeri torrente
pluerat vehementer tribus
diebus ut ait Iosephus in supernis
partibus ydume. porro moabi-
te stabant in terminis terre sue
ut prohiberent hostes a finibus
suis. Cumque mane indisset
radiis solis aquas turbidas tor-
rentes sale respersas. suspica-
ti sunt infectas sanguine
et dixerunt. Sanguinem gladii
dant mutuo cesi sunt hostes.
Cumque venerunt in castra. pre-
missit eos israel et fugerunt
et depopulatus est israel moab
et fecit illa. in ordine predicat
Heliseus et circumdederunt civita-
tem ubi erat sedes regum hasu-
dibulatis ex magna parte
percussa est. et desperans rex
moab. tulit secum dictos electos. ut irrumperet per partem ex-
ercitus ubi erat Rex Edom et
aufugeret. sed hostes repulerunt
eum in urbem et rex in muro comple-
sus filium qui regnaturus erat
pro eo coram hostibus super
murum obtulit holocaustum
ut deus eum liberaret. Reges
autem videntes hoc factum rex te-
rribili ana compassione recessisset
ab eo. et rediit Iosaphat in iherusalem
et occurrens ei hieu propheta fi-
lius anani increpabat eum quod
tyranno ydolatre solacia prebuisset.

De superhabundancia olei

Factum est autem. quedam
mulier de uxoribus prophetarum
vocata Abdie. qui in domo
achab multos paverat. clama-
bat ad Heliseum dicens. Conjux meus
mortuus est. et pressus erat
ere alieno propter elemosinam prophetarum
et ecce creditor venit ut tollat
duos filios meos ad serviendum
sibi. Et Heliseus. Quid
habes in domo tua. et illa non
habeo. nisi parum olei quo un-
gar. Qui ait pete mutuo va-
sa vacua. non pauca. et clauso
hostio cum filiis tuis. mittem
in omnia vasa. Cumque infun-
deret mulier crescebat oleum. et
impletis vasis stetit et cresce-
re desinuit. Quod cum accepisset
Heliseus ait ad eam. vende
et redde creditori. Tu autem et
filii tui vivite de reliquo

De suscitatione filii su-
namitis

Factum est ut transiret Heliseus
per Sunam et erat ibi mulier
magna. non tamen quod sapiens sed quia
intelligens virum dei esse. te-
nuit eum. ut comederet panem.
Cumque frequenter diverteret ad
eam Heliseus. suasit mulier
viro suo. ut faceret ei cena-
culum parvum et poneret in eo
lectulum et mensam. et sella

et candelabrum et recedens he-
liseus requieuit ibi et ait ad
Giezi voca Sunamitem hanc
et loquere ad eam Quid vis ut
faciat dominus meus tibi loquar
pro te Regi vel principi milicie
Que respondit In medio populi mei ha-
bito quasi dicat vallata sum propinquis
et nullus inquietat me Cumque
quereret heliseus quid vellet
dixit Giezi ad eum Filium
non habet et vir eius senex est Qui
ait ad eam heliseus In tempore
isto et in tempore vite l. subaudi ad
que erit tibi si vita comes fu-
erit et in hac eadem hora ha-
bebis in utero filium hebreus
sic habet In tempore isto cum tempus
vite subaudi adheserit et
habebis etc Que respondit Noli vir
dei mentiri ancille tue Con-
cepit autem mulier et peperit iuxta
verbum helisei Cumque creu-
isset puer egressus est ad pa-
trem ad messores Et egrota-
uit Cumque clamasset caput
meum doleo remisit eum pater
ad matrem suam et mortuus est
et collocauit eum mater super
lectum viri dei et clausit ho-
stium et vocans virum suum dixit
... ad virum dei Qui
respondit hodie non sunt kalende neque
sabbatum Luc ibi Iesus cum
prophete et doctores solebant fre-
quentari et audiri Et tollens
mulier unum de pueris suis se-
dens in asino venit ad virum
dei in monte carmeli Cum-
que vidisset eam ait ad Giezi
Ecce sunamitis illa occurre
et dic ei Recte ne agitur cir-
ca te et virum tuum et filium tuum
Que respondit Recte et non omnia sed
heliseus hospitam suam vo-
cabat sunamitem Iosephus enim tan-
tam familiaritatem habuit
cum ea ut proprium nomen eius

sciret Et proiecit se mulier
et apprehendit pedes helisei
Et ait Giezi volenti eam
amouere Dimitte illam in
amaritudine est et dominus ce-
lauit a me Et dixit mulier
Numquid petiui filium a te quasi di-
ceret non petii Dedisti fi-
lium in promissione mea Numquid
non dixi tibi ne illudas me
Illusionem vocat dari filium
a domino et tam cito auferri
Et ait ille ad Giezi Tolle
baculum meum et vadens fac
abs mora vel aliquem salutan-
do vel videndo salutanti
et pones baculum meum super
faciem pueri Cumque abisset
ait mulier ad heliseum Viuit
dominus non derelinquam
te vel dimittam et secutus
est eam et reuersus est Giezi
in occursum eius dicens non
surrexit puer Et ingressus he-
liseus incubuit super puerum
et contrahens se curuauit
membra sua membris eius
et cum orasset calefacta est caro
pueri et oscitauit puer et
aperuit oculos Qui cum
reddidisset matri viuentem
reuersus est in Galgala
quo loco sepe frequentabat
heliseus tum pro religione
loci tum quia ibi natus est et
in ortu eius tale ibi contigit
prodigium ut una ymago
gentilis auribus acute tin-
niret Quo audito in ierusalem
sacerdotes diuino nutu ait
propheta natus est in israel qui
sculptilia eorum destruet
et fusilia De sterilitate et abundan-
cia panis et colloquintidis
Porro fames erat in terra
et filii prophetarum conuenerant
ad heliseum qui dixit uni de
pueris suis Pone ollam filiis
prophetarum Qui egressus ut

ut colligeret herbas agrestas
invenit quasi vitem silvestrem
et collegit ex ea colloquintidas
nesciens quid esset. et tradidit
in ollam pulmenti. hee sunt
agrestes cucurbite amarissime
modicis herbis. que in ortis na-
scuntur. velut quidam dicunt
herba est que in terris se diffundens
in superficie fructu modico pur-
e rotundo cum maturus est. Cumque
gustassent recumbentes decocti-
one hanc clamaverunt. mors
in olla vir dei i. amaritudo
quasi in morte vel mortifera. et
allata farina misit in ollam
et dulcorata est esca. Vir autem
quidam detulit viro dei panes
primiciarum et xx panes ordea-
ceos et frumentum novum in
pera i. granum confricatum. Non
est intelligendum de panibus
primiciarum qui offerebantur in
pentecoste. neque de ymellenta
que offerebantur in pascha. sed
quia fames erat in terra. se-
cundum decretum adhuc ter-
ri fecerat iste panes. quos fecit
heliseus apponi populo comeden-
dos. Et vir eius. quia minister
dixit. quantum est hoc. ut ap-
ponam centum viris. sed ita intel-
ligendum est. ut apponam etiam
centum viris. nec dicit populo vel forte
duos tantum panes primiciarum
apposuit centum viris dicens hec
dicit dominus. Comedit et
superfuit et factum est ita mira-
culose iuxta verbum domini

De Naaman

Naaman autem princeps mi-
licie regis Syrie vir
dives et assiduus. sed lepro-
sus. et latrunculis de Syria
captivam duxerat puellam
de israhel que erat in obsequio
uxoris naaman. Hec ait
ad dominam suam. Utinam fuisset

dominus meus ad prophetam Sama-
rie. qui curaret eum. Tulit ergo
naaman aurum et argentum multum
et decem mutatoria vestium i. re-
paria vel novas vestes que sic
vocantur. pro mutatione veterum.
Tulit ergo secum litteras regis Syrie
ad regem israhel iste in hoc va-
dito quia misisti ad me naaman
ut cures eum a lepra. et audiens
rex israhel blasphemia. scidit vesti-
menta et ait. Numquid ego deus
sum. ut curem hominem a lepra occa-
siones querit adversum me et
misit ad eum heliseus dicens
Cur scidisti vestimenta. tua ve-
niat ad me et sciat prophetam
esse in israhel. Stetit ergo itaque na-
aman et comitatus eius ad he-
lisei ostium misit ad eum
nuncium heliseus lavare septies in Jor-
dane et mundaberis. Cumque abi-
ret Naaman indignans. quia non te-
tigisset eum invocans nomen
domini. dixerunt ei servi sui. Si
rem grandem dixisset tibi pro-
pheta facere debueras quanto
magis quia modicum est. Descen-
dit igitur Naaman et lavit in Jor-
dane septies et mundatus est
Et reversus stetit coram heli-
seo et ait. Scio quia non sit
deus alius in universa terra
nisi in israhel et obtulit ei be-
nedictionem. Cumque renueret vi-
facere ait heliseus vivit
dominus quia non accipiam
Et ait Naaman obsecro ut
tollam onus duorum burdonum
de terra hac. Est autem burdo
ex equo et asina. Tercium
quosdam tulit terram ut ster-
neret ~~terra~~ eam tempore hiis
ydolatriis ut stans super eam
adoraret dominum terre istius
ne offenderet dominum suum. si pla-
ceret non adoraret. Sed tantum vi-
detur quia ex ea fecit altare domino
ad immolandum domino. Unde et sub-
dit Non faciet servus tuus ultra

holocaustum vel victimam diis
alienis nisi domino. Unum est quod
mutare non possum. Cum intraverit
rex super manum meam et adorat in
templo Remmon, oporteat me simul
adorare coram domino, ut non imputet
mihi hoc. Et abiit Naaman
electo terre tempore. In tempore elec-
tissimo terre ad portandum. Hebreus
sic habet: abiit ab eo aliquanto terre
spacio. Hanc ambiguitatem in
Genesi legitur: Erat quidem vernum
tempus et ingrediebatur Effrata.
Hebreus habet: secundum spacium terre
erat et ingrediebatur Effrata. Et
sic latinus interpres posuit ele-
ctum tempus vel vernum pro
spacio. Cucurrit autem Giezi post
Naaman ut aliquid acciperet ab
eo. Et ait: Dominus meus misit me
dicens: Venerunt ad me duo a-
dolescentes de filiis prophetarum. Da
eis talentum argenti et vestes
duplices. At ille dedit ei duo
talenta et vestes duplices. E-
tiam dedit cum pueris qui detule-
runt ea, et abscondit eam do-
mo. Cumque ingressus staret coram
Heliseo, ait: Unde venis Giezi?
Qui respondit: Non ivit servus tuus
quoquam. At ille: Nonne cor meum
presens erat, cum reversus fuit ho-
mo in occursum tuum? Accepisti ar-
gentum ut emas possessionem. Sed
lepra Naaman adherebit tibi et
semini tuo in sempiternum. Et egre-
ssus est ab eo leprosus. Pro legit
Adlram Giezi filios fuisse le-
prosos. Nec posteri. Certum est
aut de Giezitis, quod lepra Simonie
percussi sunt. De securi et at-
rocia Syrorum

Factum est autem cum esset He-
liseus cum filiis prophetarum
incidentibus ligna ad Iordanem,
cecidit ferrum securis unius in
aquam. Cumque clamaret ille, misit
Heliseus lignum in aquam ubi
ceciderat ferrum, et natavit fer-
rum et tulit illud. Porro rex
Syrie pugnabat contra Israel, et
sepe ponebat servos suos in in-

sidiis quas tendebat rex Israel, He-
liseo sibi manifestante abscon-
dita Syrorum. Et conturbatus
rex Syrie ait servis suis: Quis
vestrum proditor est mei apud
regem Israel? Et ait unus: Ne-
quaquam, sed Heliseus indicat
regi Israel omnia que locutus fueris in
conclavi. Qui ait: Mittam
et capiam eum. Cumque accce-
pisset eum esse in Dothaim,
misit illuc robur exercitus,
qui venientes nocte circumdede-
runt civitatem. Mane puer
Helisei vidit exercitum territus-
que clamavit: Heu domine, quid
faciemus? Qui respondit: Noli timere,
plures sunt nobiscum. Et orante
Heliseo aperuit dominus oculos
pueri, et vidit montem plenum
curribus igneis et equitibus in
circuitu. Cumque hostes inclinaret Heli-
seus ad eum, orante He-
liseo percussit eos dominus ceca-
te, non omnino quod sed a visu,
ne eum agnoscerent. Et dixit
ad eos Heliseus: Non est hec
via, nec ista est civitas. Sequimini
me, et hec mansio Helisei, et ostendam vobis
virum quem queritis. Et duxit
eos in Samariam. Et orante
Heliseo aperuit dominus ocu-
los eorum, et viderunt se esse
in medio Samarie, et hostes
circumstantes. Et dixit rex Israel
ad Heliseum: Percutiam eos pater?
Qui respondit: Nequaquam. Sed probe
eis adduxit illos, sed prebens eis
hospitalitate affluenti, Ergo
facto redierunt Syri a Heliseo,
nec ultra in diebus Helisei
venerunt latrones Syrie
in Israel. De secunda obsidio-
ne Samarie

Factum est post hec Benadab
rex Syrie obsidebat
Samariam, et facta est fames
in Samaria, ut venderetur caput

asini lxxx argenteis nummismati-
bus. et quarta pars cabi sterco-
ris columbarum v argenteis. Hec
sale ait Ioseph condiebat cibos pro
Tradunt quidam nomine
stercoris dici vesicula columbe
in qua recipiebantur grana de fo-
ris allata. Cumque transiret rex
Israel per muros et consideraret cu-
stodias muri. clamavit mu-
lier ad eum Salva me domine
rex. Cui suspicatus quod que-
reret aliquid ab eo. et commotus
respondit Non salvet te dominus
unde te possim salvare. de
area. an de torculari. Cui re-
Nequaquam domine rex et ego et
mulier ista condixeramus de
filiis nostris comedendis. et
comedimus filium meum. hec autem
abscondit filium suum et contristatus
Rex vehementer scidit vestimen-
ta sua. et apparuit cilicium
quo vestitus erat ad carnem
et ait Quid amplius mali
possum expectare a domino
Hec faciat michi deus. et hec
addat. si steterit caput Helisei
super eum hodie. Hoc enim ma-
lum imputabat Heliseo. qui
cotidie hos liberavat cum po-
sset. Cumque misisset spicula-
torem penitencia ductus seque-
batur eum. ut prohiberet. Heliseus
autem sedebat in domo sua et
senes cum eo. quos Ioseph dicit
discipulos eius esse. et ait He-
liseus. Nescitis quia filius
homicide qui scilicet occidit
Naboth. misit ut precidatur
caput meum. prohibite intrare
nuncium donec veniat rex qui
prohibebat ei. quod iusserat. Cumque
supervenisset rex ait Heliseus
Cras in hac hora erit in porta
Damasci modius simile pro
statere uno et duo modii ordei
similiter. et innixit cum unus eorum
super quorum manus rex innite-
batur dixit. hec esse impossibile. Cui
Heliseus. Videbis et non come-
des. Porro quatuor leprosi erant in
introitu porte. fame deficientes
qui nescii venerunt ad castra Syrie
et neminem ibi repperierunt. Terruerat
enim dominus Syros sonitu exercitus
magni. mittens super eos. diffuge-
runt quasi animas suas tantum salvare
cupientes. et intrantes leprosi comede-
runt. et tollentes spolia vene-
tor sunt. nuntiaverunt portariis ur-
bis Syros abiisse. Suspicatus
autem rex iste Syros simulasse
fugam et latere. misit duos in equis
qui exploraverunt omnia usque ad
Iordanem. Quibus reversis nunci-
averunt Syros fugisse. egressus
populus diripuit castra et vende-
batur simila et ordeum iuxta verbum
Helisei. Dux autem qui innixerat
ei a rege constitutus ad portam
oppressus est a turba et mortuus est

Consilium Elizei ad mulierem

Post hec autem locutus est Heli-
seus ad mulierem cuius filium
suscitaverat Vade tu et domus tua
peregrinari quocumque potes vocabit
enim dominus famem super terram
vii annis. Anthelium predictam famem
vel est locutio. de hac fame a-
liquid est. utrum precesserit predicta
obsidionem. vel secuta sit. Igitur
mulier perrexit cum familia in Philistiim
et contribules occupaverant bona
eius que finita fame regressa
est. et intravit ut interpellaret
regem pro domo sua et agris. et
Rex cum Giezi
loquebatur querens ab eo magnalia Helisei
Cui videns mulierem ait. Hec
est mulier et hic est filius eius
quem suscitavit Heliseus Cumque
cum narrasset regi seriem facti.
restituit ei rex quecumque habuerat
a die qua reliquerat terram

De morte Benadab

Porro Benadab rex Syrie au-
diens quod deus amoverat
eum ab obsidione. et non homo. con-
tristatus egrotabat Heliseus autem
veniebat Damascum. et misit rex
in occursum eius Azael. cum mu-

neribus. ut consuleret eum de
infirmitate sua. Cui querenti
respondit Heliseus dic ei sanaberis
nec dixit sanabitur. quia mori-
turus est rex. sed nec dicet ei
sanaberis. post ea traxit azael
in parte dicens ostendit michi
dominus. quia morietur. et tu eris
rex Sirie. Et nunc impletum est
quod preceperat dominus Helie.
aliter enim non unxit Helyas
azael. nisi quod per Heliseum predi-
xit eum futurum regem. et flevit
Heliseus videns in spiritu mala
que facturus erat azael filiis
israel. Et tunc etiam indicavit illi.
Et reversus azael ad regem di-
xit sanaberis. Altera die tulit
stragulum. et infudit aqua et expan-
dit super faciem eius. Stragu-
lum hic est stratorium quod lecto
vel sedili imponitur. Et dicunt
quod azael pannum perfusum aqua
imposuit super eum ad refrige-
randum. Hebreus. sed expandit su-
per faciem suam stragulum ut
non azael. sed ipse Benadab
hoc fecisse intelligatur. et tamen
mortuus est rex. et regnavit
azael pro eo. Quidam tamen hoc exponunt
de obsequiis mortuorum dicentes
quod azael mortuum lavit aqua
et expandit stragulum super fa-
ciem mortui. Iosephus plane dicit
quod azael altera die infuso la-
queo. strangulavit illum adhuc
sentientem quandam productam lucem re-
cepit. Dicentes quod azael veste
madefacta posuit super faciem
eius. simulans refrigerationem sed
statim effudit aquam super os eius
donec suffocaretur eum.

De Ioram rege Iuda

Porro anno v. Iora filii a-
chab regis israel in quo to-
regnaverat ei Iosaphat rex iu-
da. regnavit Ioram filius Iosa-
phat in Ierusalem viii annis. Cui
consilium uxoris fecit malum tota
domo secutus deos alienos. tamen

dominus non disperdidit Iuda
propter David servum suum. Quo
recessit Edom ne esset sub
Iuda. Ita et regem sibi
constituerunt. Ydumei
enim tributarii non tene-
bantur tributa reddere. Cumque occi-
disset rex fratres suos. Ioram
compelleret Ierosolimitas e-
tiam ydolatrie. tulit ad eum
Helyas quamdam epistolam
correctoriam. tunc comminatione
pene impleta est autem comma-
tio in hunc modum. arabes
irruentes in Iuda vastaverunt
provinciam. et domos regias
et uxores regis abduxerunt.
filiosque occiderunt. preter
Ochoziam. et ipse tandem
incurabili infirmitate
in qua corruptionis intestina e-
iciebat. ut quottidie quasi se
fluente videret. Et mortuus est
et sepultus in civitate David.
Non tamen ut ait Iosephus in sepul-
cro patrum suorum. sed separatim
tumulum sine regalibus obse-
quiis tradiderunt ei. Et re-
gnavit Ochozias. vel Aza-
rias filius eius pro eo. Hue
eius et reliquos usque ad
Ochoziam perierunt. Matheus
regnavit autem anno xii Ioram
filii Achab xxii annorum erat
cum regnare cepisset. et uno anno
regnavit in Ierusalem. et ambulavit
in viis Achab avi sui. Abiit
cum Ioram filio Achab avun-
culo suo ad preliandum contra
azael regem Sirie in Ra-
moth Galaad. et vulneratus
est Ioram. et relicto exercitu
in obsidione sub Iehu principe
descendit in Iezrael. ut cura-
retur. et descendit cum eo azarias.

De Iheu rege israhel

Heliseus autem misit v-
num de filiis prophetarum
cum lenticula olei ad exerci-
tum in Ramoth Galaad.

ut iheu evocatum in partem
ungeret in regem super israel. Et
cum venisset iheu seorsum cum
principibus ait verbum michi
ad te o princeps. Et ait iheu.
ad quem ex omnibus nobis. Et ait ad te o princeps
forte non cognoscebat iheu. Et
quasi prophetam in mente sua po-
nebat ipsum esse iheu qui prius
fudisset. Cumque ingressus esset
cum in cubiculum. fudit oleum
super caput eius et ait. Hec
dicit dominus unxi te regem
super israel. et percuties omnem
domum achab. in ultionem san-
guinis servorum meorum de manu
iezabel. Quo facto citissime
aufugit propheta. Cumque regres-
sus esset iheu ad servos domini
sui dixerunt. Quid venit in-
sanus iste ad te. quem insanum
reputabant. filios prophetarum
vel quia fugerat citissime quasi
insanus. Et ait iheu. Recte
nunciasti. Hec verba quasi sana
locutus est dicens hec dicit do-
minus unxi te regem super
israel. Festinaverunt itaque tol-
lere vestes suas et substernere
ei in similitudinem tribunalis
et cecinerunt tuba dicentes regna-
bit iheu. Coniuravit ergo iheu contra io-
ram et ait. Nullus egrediatur de
iezrael sed omnes ascendamus
simul. Cumque ascenderet spe-
culator in iezrael ait video
globum venientem. Et suspicatus
ioram vel capta esse urbem
et vel pacem factam misit
unum in occursum eorum. Tunc
ait hec dicit rex pacata
sunt omnia. Et ait iheu. Quid
tibi et paci. q.d. quid ad te.
sequere me vel forte homo
qui ipsi regi etc. q.d. quid que-
ris de pace. qui terram et pacem
turbabo. Et addidit nuncius et
misit ioram secundum nun-
cium. qui ille non est reversus ad eum.
Et ascendit iora rex israel
et rex iuda cum eo egressi sunt

in occursum iheu usque in agrum
naboth iezraelite. Et ait iora
est pax iheu. Cui ille. Que pax
adhuc vigent fornicationes matris
tue q.d. Que pax potest esse inter
nos cum vigent offendam dominum
per idolatriam matris tue. Et fu-
giens iora ait ad nepotem suum
insidie sunt o ahazia. Tunc
iheu percussit iora inter scapu-
las et est egressa sagitta per cor
eius et corruit mortuus. Et iheu
ait iheu ad ducem tercie partis.
militum proice eum in agro naboth
iezraelite quando ego et tu sequebamur
achab patrem huius. quod ominatus
est ei dominus prophetiam quod red-
deret ei in agro naboth. pro san-
guine naboth et pro sanguine
filiorum eius. Tamen scriptura de
filiis naboth nulla facta est
mencio. sed quod ibi tacitum
est. hic suppletur. Effecte tamen
dimisit sanguinem iora iuxta
verbum helie. Emisit enim san-
guinem achab cum emisit san-
guinem filii eius. Ahazia vero
fugientem insecutus est iheu. et
vulneraverunt eum in ascensu ga-
ber. qui vulneratus fugit in ma-
geddo et mortuus est ibi. Et tule-
runt eum in ierusalem et sepultus
est in civitate david. Post hec
intravit iheu in iezrael. Porro
iezabel erat in terra et depinxit
oculos suos stibio et ornavit
caput suum ut pulcrior videre-
tur ut amaretur et per fenestram
ait ad iheu. Numquid pax potest esse
zamri qui interfecit dominum
suum q.d. Tu occidisti dominum
tuum sicut zamri et eadem
pena punieris. Tunc di-
xit iheu duobus eunuchis
qui custodiebant eam precipita-
te eam. Et precipitaverunt eam
et conculcaverunt eam ungule
equorum. Cumque sedisset iheu ad
mensam. ait servis suis. Ite et
sepelite maledictam illam quia filia

Regis est. Cumque venissent ad
eam, non invenerunt nisi calva-
riam i. supremam cellam cerebri
et pedes et summitates manuum.
Quo audito ait Iehu: Sermo
domini est quem locutus est per Heliam.
Erant autem Achab lxx filii
in Samaria, et scripsit Iehu
ad nutricios eorum et ad optima-
tes civitatis dicens: Eligite
quem vultis de filiis Achab
et constituite regem super nos et
pugnate pro domo domini vestri.
Illi perterriti rescripserunt ei: Ser-
vi tui sumus, fac quod tibi
placet. Et rescripsit eis secundo:
Si mei estis, tollite capita fi-
liorum domini vestri et venite
ad me cras in Iezrael. Et sic
factum est. Et attulerunt capita
in cophinis ad Iehu. Qui
mandavit ne introducerentur
ad eum, sed iuxta introitum
porte ponerentur ad duos acervos us-
que mane. Cumque mane intue-
retur capita, dixit ad populum:
Iusti estis, quasi diceret: compilatione ves-
tra qui lxx occiderunt. Iusti
estis, qui non me sicut Ioram et
Iezabel meum occidistis, vel
potius Samaritas qui eos om-
nes commendaverunt, quasi diceret: iuste
fecerant implendo verbum domini.
Et quod videtur velle verba
sequentis addidit cum: Si ego
interfeci dominum meum, quis
percussit eum et istos? Domini sermo
quem locutus est in manu He-
lie. Tunc percussit Iehu omnes
reliquos de domo Achab in
Iezrael et optimates eius et
notos et sacerdotes. Et ibat in
Samariam. In via vero obviavit
Samariam filiis fratrum Ochozie
regis Iuda, qui descendebant
ad salutandos Ioram et Ochoziam,
nescientes quod occisi essent. Et occi-
dit eos. Iehu Ionadab filius
Rechab et benedixit ei, pulsis
ne domini quod fecerat, et ne
imposterum currum suum. Duxit

Iehu in Samariam et percussit
omnes qui reliqui fuerant de
Achab usque ad unum. Congregavit
ergo Iehu plebem Samarie et
ait: Si colo ampliabo, nolo
cultum Baal. Vocate omnes
prophetas eius et sacerdotes eius.
Nullus deficiat, nam vinctimas Baal
sacrificium enim magnum est Ba-
al. Et venerunt omnes servi
Baal, nec unus defuit.
Repleta est domus Baal.
Et ait Iehu his qui erant super
vestes: Date omnibus vestes. Dederunt
omnibus servis Baal. Et Iehu
cumque perscrutatus esset Iehu, dixit
diligenter ne quis de servis domini
vel alius interesset servi-
entibus servis. Ingredimini
et percutite eos, nullus eva-
dat. Et percusserunt eos. Statua
quod Baal comminuerunt, et destru-
xerunt templum eius, et fecerunt
pro eo latrinas i. subterra-
neos cumulos ad mundan-
das vias urbis. Et delevit
Iehu Baal de Israel. Verumptamen
a viis Ieroboam non recessit.
Et ait ei dominus: Quia
fecisti que recta erant in corde meo
contra domum Achab, filii
tui usque ad quartam generationem
sedebunt super tronum Israel. Et
mortuus est Iehu,
sepultusque in Samaria
cum regnasset xxviii annis.
Et regnavit pro eo filius
eius Ioat vel Iohas vel
Ioachaz.

De athalia et Ioas.

Porro Athalia videns
mortuum filium suum
et nolens regnare, interfe-
cit omne semen regium Ie-
rusalem. Erat autem Iosaba,
soror Ochozie ex patre, et
uxor Ioiade summi sacerdotis

que furata est ioas filium
ocozie latentem ne interfi-
ceretur et abscondit eum
vi annis in domo domini i. in
domunculis ebdomadariorum.
Anno autem vii° ioiada tolle-
ns centuriones et principes
levitarum et milites et oste-
ndit eis secreto filium regis
et coniuraverunt omnes pro puero
contra athaliam. Qui puerum
in sabbato constituerent regem
et fecerunt in hunc modum. Ex
quatuor ordines sacerdotum et
totidem cantores diluculo uno
sabbati. Pontifex vero qui mi-
nistrabat cum turma sua exire
debebat. alius pontifex vero
qui ministraturus erat ingre-
diebatur cum turma sua. Tunc
autem ioiada pamphiliando
exeunti retinuit egressuros
et recepit ingressuros sacri-
ficiis. duabus turmis
adiunxit et tertia turma
decem centurionibus et levitis
quos coniuraverat. Et intrans
domum saltus et domum armo-
rum quam quondam fecerat
David. dedit singulis ar-
ma et precepit egressuris
ut custodirent regem in atrio
interiori. Et custodirent ingres-
suris non dixit. ut descende-
rent ad domum regiam ne
scientes regina egredientes ex
ea unctionem regis impedi-
rent. Sed hanc turmam divi-
sit in tres partes. precipiens
ut una observaret excubias
regis i. porticum domus regie.
alia observaret portam per
quam ascendebatur de civitate
in domum regiam. Tertia pro-
diat porta scutariorum i. custo-
diam regis qua de domo
regia ascendebatur in templum.
Tertia vero parte quod colligi-

cat decem centurionibus et levitis
et senioribus posuit ad custodi-
am atriorum templi circumquaque.
Tunc ipse cum reliquis sacerdo-
tibus et levitis et senioribus
produxit filium regis et unxit
eum in regem et imposuit
super eum diadema et testimo-
nium i. legem dei dedit ei tene-
dam cum manibus. ut cum ipso
habitu regni disciplina le-
gis servanda innuitur. Athalia
vero audiens strepitum scidit vestime-
nta sua clamans. Coniuratio coniuratio.
Et eduxerunt eam centuriones
extra septa templi per portam
equorum et interfecta est ibi. De-
duxerunt quoque regem per portam
scutariorum in palatium et sedit
super tronum regum. Et letatus
est populus terre. quia abstulerat
dominus opprobrium ne mulier re-
gnaret super eos. Et destruxerunt
templum baal atque aras et yma-
gines quas fecerat ioram. Et
athaliam mathan quoque sacerdotem
baal occiderunt coram altari.
Et erat vii annorum ioas cum re-
gnare cepisset anno vii° iehu
regis israel et xl annis regnavit
in ierusalem et fecit rectum coram
domino cunctis diebus ioiade
sacerdotis.

De gazophilacio

Erant autem in domo domini
ruine non solum pro ve-
tustate et negligentia. sed etiam
que fecerat athalia et de
sanctificatis paverat domum ba-
al. Precepit itaque ioas sacerdo-
tibus ut instaurarent sartate-
cta templi. Domus recipientes
oblationes offerentium et que
offerebantur pro precio anime vel que
habebant iuxta appreciationem ob-
latio eius pro delicto et pecca-
to sacerdotum erat. Nunc cum suste-
nuissent sacerdotes usque ad xx

Tabernaculi sup. in levi

Infra in siclos

decimo anno Regis ioas non
dum instauraverunt sartatecta
templi et iratus rex prohibu-
it sacerdotes ultra accipere
pecuniam Iosephus tamen dicit ut per
eandem rationem sumerent sacer-
dotes predicti Quod cum sic
deinde videns ioiada populo non
placere, cessavit et ob hoc non
fuerunt instaurate ruine. Tunc
Ioiada fecit gazophilatium mu-
nitum aperto desuper foramine
et posuit illud ad dexteram
ingredientium domum domini. Non lon-
ge ab altari. Cumque appareret
plurima pecunia in gazophila-
tio scriba regis et pontifex e-
ffundebant eam et dabant
hiis qui preerant cementariis
domus domini. Et non fiebat eis
ratio, sed in fide tractabant.
Nec fiebant ex pecunia illa vasa
aliqua in domo domini, nisi de
eo quod erat residuum sacrificatis
tibus, ut legitur in paralipomenon.
Et mortuus est Ioiada sacer-
dos qui solus legitur post moysen
CXXX annis vixisse et se-
pultus est in Civitate david
eo quod cum david regnavit im-
perium. Eo mortuo Ioas a le-
gittibus dei declinavit, tunc et
etiam optimates irati sunt.
Unde cum arguerent zacharias
filius Ioiade fecit eum obrui-
Hominis filii zacha- lapidibus
rie tulit eos lapidi- inter tem-
ti sunt preter unum plum et al-
positum. qui post tare Ex-
eum dictus est tunc ut
zacharias dicit Epi-
phanius non accepit plus in
templo responsum manifeste
sicut prius. nec exaudibatur. Post
hec Ephot rex autem non multo
post penas exsolvit Azaelem
Rex Syrie expugnasset geth
ascendit in ierusalem. Ioas vero
misit ei thezauros domus
domini et domus regie. Non dedas

fenditus tumulos. et recessit
ab eo. Cumque incurrisset Io-
as languorem pessimum. Eo
quod dimissos honores sibi vole-
bat impedire ut dicit hebre-
us servi eius percusserunt
eum. Et mortuus est et se-
pultus cum civitate david
non tamen in monumentis rega-
libus. Et regnavit pro eo
filius eius amasias

Incidencia

Sub Ioas xxii rex latino-
rum silvius armenta atemu-
lus hui presidium albanorum
inter montes ubi nunc Roma
est posuit huius filius fuit
Iulius proavus iulii Proculi qui
cum romulo Roma commigrans
fundavit iuliam gentem

De obitu elizei

Anno xxiii Ioas Regis
Iude regnavit ioachaz
filius ihen super israel x et
vii annis. Et ambulavit in
viis Ieroboam Et iratus
dominus contra israel. Dedit eos
in manu azael et in manu
Benadab filii azaelis. Et
non sunt derelicti Ioachaz de
populo nisi l equites. Et
x currus. Et x milia peditum.
Et clamavit Ioachaz ad dominum
et misertus dominus dedit
pacem in diebus eius. Et mor-
tuus est et sepultus in sa-
maria. Et regnavit Ioas
filius eius pro eo anno xxxvii
Ioas Regis Iude et
xvi annis regnavit super
israel. Et ambulavit in
Ieroboam non tamen adeo quantum
patres eius. Heliseus autem
egrotabat. et descendit ad
eum Ioas Rex iste et flevit
dicebat pater mi auriga israel
et auriga eius. et ait heli-

liseus Afer arcu et sagi-
tas et pone manu tua super
arcum Quo facto supposuit He-
liseus manus suas manibus re-
gis et ait aperi fenestra orien-
talem et iace sagitta et iecit et
ait Heliseus Sagitta salutis domini est
contra Syria et percucies Sy-
riam que est in Afec donec
consumas eam et sublata ar-
cu cum sagittis dixit Heliseus
ad regem percute terra iaculo
Cumque percussisset eam tribus
vicibus et stetisset iratus vir
dei ait Si percussisses usque septi-
es vel octies percussisses Syriam
Nunc autem tribus vicibus per-
cucies eam et mortuus est Heli-
seus et sepelierunt eum iuxta ab-
dia porro latrunculi moabite
venerunt in terra eo anno Quidam
autem sepelientes hominem vide-
runt latrunculos et timentes
proiecerunt cadaver in sepulcro
Helisei Quod cum tetigisset
ossa Helisei revixit homo
Iosephus dicit in Helisei se-
pulcrum mortuum quem ipsi vide-
bant interfecisse mortuum
est autem Azael rex Syrie
et regnavit pro eo filius
Benadab cum quo dimicavit
Ioas rex Israel tribus congressio-
nibus et vicit eum et tulit
de manu eius Civitates quas
tulerat Azael de Israel iuxta
verbum Helisei

De amasia et Ioas rege israhel

Anno secundo Ioas regis
Israel regnavit Amasi-
as filius Ioas in Iherusalem xxv
annorum erat cum regnare ce-
pisset et xxix annis regnavit
nomen matris eius Ioiada
de Iherusalem et fecit rectum coram
domino iuxta ea que fecit Io-
as pater suus nisi hoc tantum
quod excelsa non abstulit Sub
audiendum est utrique eorum Nec

enim Ioas excelsa abstulit sicut
videtur littera sonare et inter-
fecit servos qui interfecerant
patrem suum non tamen filios eorum
iuxta legem moysi que dicit Non
morientur patres pro filiis neque
filii pro patribus Collegit ad
bellum ut exercitu ut Amale-
citas et ydumeos expugnaret
et conduxit a rege Israel c milia
armatorum c argenti talentis
et cum esset ~~cum esset~~ in procinctu
suasit ei propheta ut dimitteret isra-
helitas quia ydola ferebant et
deus daret ei victoriam et acquie-
vit licet conturbaretur eo quod
mercedes israhelitis promiserat
et percussit edom in valle Sal-
inarum x milia et apprehendit petra
nobilem arabie Civitatem et
vocavit eam Iezethel quos so-
nat auxilium dei Iosephus tamen dicit
unos quos cepat eum adduxis-
se ad excelsam petram arabie
et illos postea precipitavit Io-
sephus quoque dicit paralipomenon Ma-
fere in omnibus consonat Et amale-
citos quos tulerat de Amale-
ch post ea adoravit quia au-
divit eos dare tussa et ideo
recessit amaleth quia neglige-
ter fuerat in cultu eorum pro
quo tali pena percussus est Ele-
vatus enim in superbiam scripsit
ad Ioas regem Israel Veni et
sicut patres tui fecerunt david
et Salomoni Alioquin veni et
videamus nos quis de pugnemus et
rescripsit ei Ioas in enigmate
Carduus libanum misit ad cedrum
dicens da filiam tuam filio meo
uxorem et indignatus Bestie
saltus conculcaverunt carduum Ele-
vavit te cor tuum prudentia Cur
provocas malum ut cadas tu
et iudas tecum et non acquievit
amasia congressi sunt iuxta
Bethsames et fugit iudas co-
ram Israel et ligatus est ama-
sias et minabatur ei mortem

Rex israel nisi reddet ei iherusalem. Capta
tradidit intulit Ioas murum ieru
salem a porta effraym que
dicitur porta vallis. usque ad
portam anguli cccc cubitis. et
tulit aurum et argentum. et va
sa que inventa sunt in domo
domini. et in thezauris regis. et
obsides. et rediit in samariam.
et facta est contra amasiam
coniuratio in ierusalem. et ille fugit
in lachis. et interfecerunt eum ibi
et retulerunt eum in ierusalem. et sepul
tus est in civitate david. Tu
lit quoque universus populus filium eius
oziam. vel azariam annos natum
xvi et constituerunt eum regem

Incidencia

Sub amasia xiiii rex la
tinorum silvius aventinus
et in eo monte qui nunc pars
urbis est mortuus. et sepul
tus eternum loco vocabulum de
dit.

De Ieroboam rege israhel et amos propheta

Porro mortuus est Ioas rex
israel et sepultus in Sama
ria et regnavit Ieroboam filius
eius pro eo anno xv° amasie
regis Iuda et regnavit in israel
xl et uno anno. et ambulavit
in viis Ieroboam. Ipse restituit
terminos israel ab introitu emath
que est anthiochia. usque ad mare
solitudinis. quod est mare mor
tuum. iuxta verbum domini. quod
locutus est per servum suum Iona
prophetam. qui erat de geth. que est in
ofer. et est nomen regionis. ophel
enim nomen est turris nebulose
que non longe erat a templo. hac
vastatione syrie per ieroboam
facta non legimus in Iona sed
propter comminationem eius ninive. quam
predicavit et scripsit. Dicit Iose(phus)
enim predixisse. quod in brevis
simum tempus assirie perderent principa
tum. quod quamvis per Ieroboam
inchoatum est sed postea con
summatum est quando monar
chia assiriorum translata est

vel ophel ab Geth geth que est in palestina

admedorum. hac felicitate Iero
boam elatus. fecit malum co
ram domino. et missus est amos
thecuites propheta de pastoralibus
ubi pascebat gregem in Sama
riam. ut prediceret eversionem
domus Iero. et calamitatem
populi dicens. hec dicit dominus
Consurgam super domum Iero
in gladio et cursum venit finis
super populum meum israel. Cumque
hec significasset amasias sacer
dos bethel Iero. regi israel ex
mandato regis. prohibuit amos
ne ultra prophetaret in regno x
tribuum. Cum autem amos nollet
cessare. dicens se non esse pro
phetam sed pastorem missum a domino
frequenter affligit eum amasias
plagis. Tandem filius suus
ozias frequenter eum macerans.
vecte per tempora transfixit. et
semivivus relatus in terram
suam ibi mortuus est. Ieroboam
et regnavit pro eo filius eius
zacharias

De Ozia

Anno xxvii° Ieroboam regis israel
regnavit ozias in ierusalem
lii duobus annis et fecit quod
Iero tamen super placitum erat
dicitur dicat cum tota domo
cepisse regnare [illegible]
anno xxvii° Ie sa non aufferebat
roboam excelsa [illegible]
rebellasset et amonitas fecit
esse sibi tributarios. reedificavit
muros ierusalem. quos destru
xerat Ioas rex israel. et curam
habuit terre cultor et curam
habebat circa plantationes. Super
semina fructuum divisionis [illegible]
[illegible] esset sibi mortali glo
riam immortale agere in suis e
ius in festivitate propiciacionis
indutus stola pontificali in
gressus est in templum. ut incensum
poneret. pontificatum. cum pro
xxx sacerdotibus enim

Regum

Abdente et factus est terre
motus. Et claritas solis valde
effulsit. Et incidit in faciem re-
gis. Et percussus est lepra in
facie. Ante civitatem vero scissa
est media pars montis ab
occidente et devoluta. ita ut
iugis claudet et regios ortos
opprimet. Et habitavit seorsum
urbem privata degens vita.
Ioathan vero filius eius gu-
bernabat palatium et iudica-
bat populum terre. Et mortuus est
ozias et sepultus est in civitate
david. Iosephus vero dicat eum de re-

Sicut dixit Ieto
pronuntiabis de-
dit signum. re-
met domino. et
terra sic gravis
est in Syllo etc.
Quod non legitur
in scriptura. cuius
secundum editionem
nostram et forte
quod Ieronimus di-
xit signum. Epi-
phanius dicit signum di-
cens tremet in
terra domino. si-
cut gravis. que
est in Syllo ex
semetipsa in
duodecim fuit
partita. et sic
fuerunt circa
totidem partes
quercus
in ulcio

gibus solum
sepultus in
ortis et regna-
vit pro eo
filius eius
Ioatham. Sub
ozia rege
iuda et sub
Ieroboam re-
ge israel cepit
prophetare ysa-
ias. de quo
plenius prica
dicemus. et
osee de tribu
ysachar orta
in Bethlemo-
th. prophetavit
autem contra
x tribus. mul-
ta de una ba-
loquens et pro-
nuntiavit histo-
rialiter. Iudeos

Zeran a [illegible] ad propriam redictionis
[illegible] domino re-
sua predixit. hic in terra
sepultus placida quiete
dormivit. Sub eisdem prophetavit
Iohel de tribu ruben. natus
in agro Bethoron. qui destri-
ctionem duarum tribuum. cru-
delitatem locusta rubiginem na-
scendam predixit et effusionem

Spiritus sancti futura super servos dei
et ancillas. quod factum est die
penthecostes. hic in Bethoron in
pace mortuus est. et sepultus.
Sub eisdem Regibus prophetavit ab-
dias. ut quidam tradunt hebrei. cum
hebreos nerius est. qui [illegible] eos pro-
phetavit. Ista mortuus est ante
helisei. Relicta enim eius prophe-
helisei liberata est a creditori-
bus. oleo superhabundante sufficit
aut dicta [illegible] de agro Be-
thamar. quinquagenarius. ille cu-
pepat helyas eum relicto obsequio
Regis helie discipulus factus
est. cuius sepulchrum usque hodie cum
mausoleo helisei. et Iohannis ba-
ptiste in Sebaste veneratur hic.
Sub Ieroboam Rege israel prophetavit
Ionas filius vidue sareptane
quem per reditum a minime. hic fa-
mis assumpta matre secum inno-
la factus est. Ista et exulescere
bat esse in terra sua dicens sic
auferetur obprobium meum eo
quod prophetavit minivem iudicar rep-
sum Tum tunc facta fame redivit
in terram iuda et defuncta est
mater eius et sepelivit eam iuxta
Balanum debbore. hic predixit signum
eversionis ubi ipsos cum videt
eunt in lapide luctuose clama-
tem. hoc sit finis. Et cum viderit
in ierusalem gentes venire sanctas. tunc
tota illa civitas ineruparabilis
erit. hic mortuus est et sepultus
in spelunca unica mediatis israel
aut sepulcris mostratur in vinea
urbium. ecclesia muralis iuxta sepulchros

Incidentia

Sub ozia Rege iuda est termina-
ta est monarchia Assiriorum
nam Sardanapal periens ultimus
monarcha victus ab arbace me-
de semetipsum concremavit. Et tunc
arbaces monarchiam ad medos
transtulit. Hoc non dum re[illegible]
cum fecit Darius occiso Baltha-
sar. Et fuerunt tunc Reges Assiriorum

fit uo ad eo monarchi. tu pa
rentes. usq ad subuersione
Nau iminie. q prophaunt mann eo
que latinorum xiiij diliuis pras
iiij p xv Rex latinorum filiius
amulus De Captiuitate tribu
um de zacharia

Anno xxx viij ozie Regis
inde regnauit zacharias
filius Jeroboam super isrl in
mensibus. Qui fecit malum
coram domino. sicut patres eius
et percussit eum palam sellum fi
lius Jabes. et regnauit pro eo
et tunc completum est verbum isrl de
domo ihen in generatione quarta.
iuxta verbum domini. et regnauit
sellum uno mense in samaria
Ascendit manahen filius gardi de
en thersa percussit in samaria. et
regnauit pro eo. Qui percussit
thersam. et terminos eius eo q
contulerant sibi noluerat ei aperi
re. Anno xxx ix. ozie regis
iuda regnauit manahen sup
isrl x annis. et ambulauit in
viis Jeroboam. Indiebus eius
ascendit phul rex assiriorum
in thersa et dedit ei mana
hen unum mille. talenta argen
ti ut preberet ab eo et etiam ei in
auxilium. Imposuit autem mana
hen. barones athleti potentibus
et diuitibus terre per singulos
inter hec munera. tradunt
hebrei misisse manahen uitu
los aureos quem erat iudam iudam
et in bethel. sed non ueros sa
cerdotes eum dolo sustulerunt
aureos uitulos et absconderunt
eos et fecerunt ereos deauratos
similes illis. Quos misit ma
nahen regi assiriorum. Qua
fraude per ea precepta regis assi
riorum plurimum exarserunt q
isrl et mortuus est manahen
et regnauit pro eo filius eius
phaceia. Anno l ozie Regis
iude et duobus annis regnauit
in isrl. Nam phacee filius
romelie aduersus eius in
fecit eum in samaria in con
finio ce. l. uiris. Et regnat
pro eo. Anno lii secundo ozie
regis iude et regnauit xx annis
in isrl De initio captiuitatis
decem tribuum

In diebus phacee reglat
phalassar rex assiriorum ascen
dit in isrl. et est ambiguum
an iste fuerit phul. vel alius
et uastauit omnem regionem
transiordanem et captiuas duxit
duas tribus et dimidiam
vastauit q Galilea. de tribu
zabulon et neptalim multos
transtulit secum in assirios. q
possent dimidie tribui com
parari. Unde sepe legitur
q tres tribus isrl captiuauit
et hec fuit initium captiui
tatis x tribuum. Porro osee filius
hela. interfecit phacee regem
isrl et regnauit pro eo De achaz et Joatham

Anno secundo phacee Regis
isrl regnauit Joatham
filius ozie in ierusalem xx v
annorum erat cum regnare ce
pisset et xvi annis regnauit.
nomen matris eius ierusa fi
lia Sadoc et fecit bonum co
ram domino. Verumptamen excelsa
non abstulit. Ipse edificauit
portam domus domini sublimissi
mam. quam quidam putant
eum esse speciosam q Hec est que
in actibus apostolorum porta
dicitur. Ab hebreis porta sa
cerdotum hec sola remansit cum
eversione facta per caldeos hec
vincit amonitas et imposuit
eis annuum tributum. talenta
argenti C. et tritici x milia

chorob. et totidem ordi. In di-
ebus huius Rasin rex sirie
et phacee rex israel ceperunt
infestare regnum iuda sub ioa-
thah eo tempore est propheta naum
de helchesi de tribu symeon
contra niniue predicens quod dicit
dominus ad niniue extimabo
te ut nequaquam progredietur
de te conpabimt nimido scio
sup nau. dicat beato doctu di-
cisse subversam niniue a re-
ge medorum tempore Iosie de subver-
sione quoque finali niniue predixit
naum. que facta est in secundo
modum. Pellus qui terminda-
bat eam supinundauit eam
et iupiter terre motu et igne
de sublimi emisso. de qua inun-
datione uidetur scripsisse in libro
suo ibi. In inundantia non fa-
ciet innocentem dominus in
tempestate et turbine. me
cius Tamen secundum alia
literam legitur ibi. In inundans
non faciet innocentem tamen
librum suum scripsit. in captiui-
tatem x tribuum sub ezechia
cum uastaretur terra iuda ab a-
syriis in quo plenius propheta
de destructione assiriorum in
consolatione gentis sue tra-
ctando mortuus est et in terra
sua in pace et sepultus. Sub
Iosathan uidit ysaias domini
sedentem et seraphin mundauit
labia eius. Sub eodem tempore
est propheta micheas et mortuus
est Ioathan rex iuda et sepultus
in ciuitate dauid et regnauit
pro eo filius eius achaz sub
Ioathan olimpias prima ab
eliensibus constituta est Remus
et romulus generantur ex marte
et ilia

De achaz

Anno xvii° phacee regis is-
rael. regnauit achaz i

achaz

ierusalem xxti annorum erat cum regnare
cepisset et xvi annis regnauit et
ambulauit in uia regum israel.
Ita et immo de filiis suis consecrauit
ydolo. traiciens eum per igne theophet
in ualle Ennon iuxta achel de-
mat. Fuerunt autem quidem filii eiusdem
cuius uallis illa erat. et ideo di-
cta est uallis Ennon i filii ennod.
Tunc ascendit Rasin rex sirie
et phacee rex israel in ierusalem. et
obsederunt eam primo ut ait Iose-
phus et congressus cum eis achaz uictus
est et occisus est filius eius zacha-
rias et multa milia cum eo et capta
est princeps militie eius dicebat
Cumque rediret uictor rex israel in
Samaria cum magna multitudine
captiuorum. occurrit ei quidam propheta
Obedias uel obeth dicens eos non
in masse in uobis propter hoc. sed pretera
dei Igitur Achar archiuerius eos
et contribulos suos traherent
Captiuos Qui eos misit dimitterent
uestitus. erat eis zephiting initium
Tunc adconsilium Parachie
qui magnus erat in israel, rex
israel eribuit captiuos magna
cum hospitalitate et liberos remisit
ad propria. Porro secundo obsedit
ierusalem rex sirie et rex israel Cumque
timeret Achaz nimius confortat
eum ysaias dicens Nec timeas
ab eis duabus caudis titionum
fumigantium. sed non credidit ei
Achaz. nec uoluit querere signum
a domino et misit nuncios ad regem
assiriorum teglat phalassar. dicens
Seruus tuus sum ego descende
et saluum me fac de manu regis
sirie et regis israel. et misit rex
assiriorum exercitum. et uastabat eam
et ideo rediit Rasin in damascum
et interfecit Rasin et damascenos
transtulit in cirenen. que est uersus
ethiopia Est autem alia cirene
in affrica Et occurrit ei Acha-
rex ierusalem in damascum cum mune-
ribus Cumque uidisset altare

damasci. misit ad uriam sacerdotem
in ierusalem exemplar eius ut ex-
strueret ei consimile. Quo facto cum
dedisset achaz altare eneum
transtulit a facie templi ad a-
quilonem et super altare nouum
obtulit holocausta et pacifica.
de altari uero eneo ut tradunt
quidam. fecit illud horologium
famosum de quo post ea dicetur.
et precepit sacerdotibus ut de-
inceps super altare nouum offerrent.
et deposuit bases achaz luteres
et mare eneum super pauimen-
tum. ut eis in illius uteretur.
Musac quoque sabbati et ingressum
regis exterius in templum
domini. ut cum templo ea prepa-
raret ut sic placeret regi assy-
riorum. Est autem musac gazo-
philatium regum. sicut corbo-
nam sacerdotum. Ingressum
uero regis quidam dicunt locum
in quo rex adorabat. uel portam
per quam ascendebat ad adorandum.
que omnia obturauit achaz.
sicut et clauserat templum ne
intrarent sacerdotes. Sub eo ui-
dit Ysaias onus babilonis.
Alia uero uidit sub Ezechia et mor-
tuus est achaz et sepultus
in ciuitate dauid. et regnauit
filius eius pro eo Ezechias

Incidencia

achaz Sub achaz Roma condita
est in monte palatino xi° kalendas
maii a gemellis Remo et
Romulo. Anno ab urbe condita
iii° Remus rastro pastorali occisus
est a fabio duce Romuli. Con-
sularibus ludis Sabine rapte
sunt et pulcerrima virginum tha-
lasioni sorte data est. duci Ro-
muli. Unde quia bene cessa-
ret erat illi coitus nuptiarum. ex-
inde dictus est thalamus

De captiuitate decem tribuum

Anno xii° achaz regis iuda
regnauit osee super israel
ix annis et fecit quod malum co-
ram domino. sed non sicut prede-
cessores sui. Tradunt eum dedisse li-
centiam israelitis. ut ascenderent
in ierusalem ter in anno. Contra
hunc ascendit Salmanasar
rex assyriorum. et factus est ei
osee tributarius. Cumque de-
prehendisset rex assyriorum
quod osee rebellare intenderet
persuadente rege egypti. cui
munera miserat obsedit eum
et vinctum misit in carcerem
in niniue et obsedit Samariam
tribus annis et cepit eam
anno nono osee et vi° Eze-
chie. et transtulit israel in a-
ssyrios scilicet septem tribus que re-
manserant. et posuit eos iuxta
fluminis gozan. ultra medos
et persarum. In prima
captiuitate trium tribuum creditur
captiuatus fuisse thobias
et mansit in niniue. cuius hy-
storia consumata est. sub manas-
se filio Ezechie. Sed nos ea
tractabimus post finem libri
regum. Porro rex assyriorum ad-
ductis de diuersis regionibus ad-
duxit colonos in Samariam assa-
pantos primos sed post ea assa-
ta dec populauit terra et habi-
tauerunt in urbibus eius. Qui
essent de v. regionibus Sama-
ydola portauerunt in Sama-
riam. quecumque regio suum. cu-
et omnes prius notati sunt potioribus
thei a quibusdam potioribus de-
inter eos. qui uenerant de
regione persida. que dicta est
cutha. a quodam flumine. Sa-
Greci uero dixerunt eos Sa-
maritanos. qui et in hebreo
Samaritani dicuntur. Iacobi-
uero uocauerunt eos ista-
tas. quia supplantauerunt ci-
tas a finibus suis. Cum
uenissent in terram israel immisit et
in eos dominus leones et
interficiebant eos et inuaati

est Regi assyriorum · eo quod preterent
colere eius legitima legittima dei
terre non custodirent et misit ·
eis vnum de sacerdotibus israel et
legem moysi scriptam leuis an-
tiquioribus et habitabat sa-
cerdos in Bethel · et suscepe-
runt circumcisionem et legittima dei
terre israel Nichilominus tamen deos
suos in excelsis colebant, vn-
de hebreos dicunt sibi prin-
gnos cum bene erat hebreis ·
cum vero malediceebant uel esse
sibi cum israel emigrauerit alie
x · tribus de iuda post annos
nongentos vel vii ab exitu de ·
Egipto a diuisione uero regni
fluxerat anni ca vel · et menses
viij et dies vii secundum Josephum
multi qui aut consiliis con-
fugerunt in regnum iuda mul-
ti abscondierunt se in abditis
et latuerunt in hostibus circu-
stantibus Quinque post regressum
regis Assyriorum redierunt ad
propria · et habitauerunt cum Sama-
ritis

De Ezechia

Anno tercio osee Regis israel
regnauit ezechias in
ierusalem xxv · annorum Erat cum
regnare cepisset et xxix annis
regnauit Nomen matris eius ·
abyssa de iesse filia zacharie
postmum zachale lapidati
in conuocatione sacerdotibus
et leuitis aperuit templum
primo anno · et primo mense
regni sui et uasa dei reparauit
et restituit sacrificia intermis-
sa tempore deconsiliis sacerdotum
fecit phase secundo mense
non in tempore suo · quod non po-
tuit plus primo mense conue-
nire in unum nec sacerdotes ·
purificati erant / tamen tanta
fuit multitudo · quod multi non pu-
rificati comederunt pascha · et
tanta copia victimarum quod in
multis leuite suppleuerunt
officium sacerdotum et post pa-
scha solempnizauerunt aliis

vii diebus hic dissipauit ex-
celsa et contriuit statuas et lu-
cos succidit et confregit serpentem
eneum · quem fecerat moyses · cui
usque ad illud tempus filij israel ado-
lebant incensum et puluerem
eius sparsit in torrente Cedron
et uocauit nomen eius noestan ·
quod interpretatur es eorum quod deus di-
cebatur eius, sed non erat quem corripit
o filijs israel ut redirent ad cul-
tum dei · eorum quidem nuncios
eius neglexerunt · quidam quosdam
interfecerunt / Vnde et preces ut
predictum est · meruerunt captiuari ·
Recessit ergo a rege Assyriorum
ne seruiret ei Ipse percussit phi-
listeos usque ad gazan et omnes
terminos eorum a turre custodum
usque ad ciuitatem munitam / i et pre-
sidia et ciuitates Anno xiiij re-
gni Ezechie Ascendit Senna-
cherib rex assyriorum in terram
iuda · et cepit ciuitates eorum
et misit ad eum Ezechias in la-
chis dicens Recede a me et quod
imposueris mihi feram Et indi-
xit ei Rex Assyriorum ccc tale-
ta argenti et xxx auri et inuenit
quod non notabat ei Cumque non inue-
nisset Ezechias hanc summam
in thezauris domus domini et
suis recepit laminas auri quas
ipse affixerat in ualuis templi
Cumque misisset regi assyriorum
predictam pecuniam irritum fecit
Sennacherib iusiurandum et mi-
sit ad obsidendum urbem tharthan
et rapsacen et castra metati sunt
iuxta aqueductum piscine superi-
oris que est in uia agri fullo-
nis et abstulerat cum hoc
aquam piscine exterioris Cumque
uocassent regem ad colloquium
noluit exire · sed misit ad eos
heliachim pontificem et sobnam
scribam et Joachim a comme-
tariis · et loquebatur ad eos ra-
psaces hebraice Erat enim sa-
maritus · ut quidem uolunt et fu-
erunt quid dicerent cum filiis

Ysaie · qui transierat ad assyrios
et susceperat ritum gentium · et
familiaris erat tiliarche · et ait hec
dicit rex magnus assyriorum
ad te · o ezechia in quo confidis
ut audeas rebellare · si confidis
in rege egiptio innitis baculo
harundineo · si spem ponis in deo
tuo nunquid dii gentium et isti libe-
rauerunt eos de manu mea · si
spem ponis in populo tuo · dabo
tibi duo milia equorum · nec poteris
apud te inuenire ascensores · et
rogabant unum rapsace · ut loque-
retur eis siriace · et non iudaice
audiente populo qui erat super
murum · tunc exclamauit rapsa-
ces ebrea · et ad populum dicit rex magnus
assyriorum · facite mecum quod uobis
utile est · ne comedatis stercora
uestra · et bibatis urinam uestram
egredimini ad me · et utimini bonis
uestris · donec ueniam ad uos · et
transferam uos in terram · que est similis
uestre · cumque retulissent nuncii
comminationes istas ad ezechiam sci-
dit rex uestimenta sua · et opertus
est sacco · et ingressus est domum domini
et misit prefectos nuncios et senes
de sacerdotibus · opertos saccis
ad ysaiam dicentes · hec dicit
ezechias · dies hec dies est tribu-
lationis nostre et increpationis
dum ora pro reliquiis israel · si
forte deus audiat blasphe-
mias rapsacis et uindicet · et re-
spondit ysaias · hec dicit dominus ezechie
noli timere · ecce ego mittam regi
assyriorum spiritum et audiet nuntium
et reuertetur in terram suam · et deiciam
eum gladio in terra sua · et recessit
rapsaces ab ierusalem · et inuenit regem
assyriorum expugnantem lobnam
transiuit autem rex ad egiptum
expugnandam ut triumphans redi-
ret ad euertendam ierusalem · cumque
obsedisset pelusium · audiuit thara-
cham regem ethiopie cum multo
exercitu uenire in auxilium egi-
ptiorum · et turbatus rex dixit
tharacham esse sacerdotem uul-
canii · et ideo non dimicauit
cum eo et rediit in iudeam
et obsedit ierusalem · herodotus
tamen aliam causam reditus
sui tradit · obsidente namque
rege egiptios ad deum
multitudo soricum in una no-
cte comedit cordas arcuum
in castris eius et facti sunt
assyrii inermes · et dicit
rapsace cum exercitu re-
mansisse circa ierusalem · et sen-
nacherib redisse ab eun-
do egipto in iudea · et cum
ante reditum sennache-
rib de egipto in iudeam
hec facta sunt que sequuntur

De signis trium annorum
que predixit ysaias

Cum egrederetur senna-
cherib in iudeam ut
transiret in egiptum · misit
ezechie litteras terribiles
et comminatoriis plenas · dicens
quod deus israel non posset eum
liberare de manu sua · tunc
ascendit ezechias in domum
domini et expandens litteras
coram domino orauit dicens
domine deus israel · audi uerba
sennacherib quibus exprobrauit
te nobis · salua nos
de manu eius · tunc
absente de manu eius · tunc
misit ysaias ad ezechiam dicens
ei uerba domini ad sen-
nacherib in hunc modum · sennacherib
spreuit te · sennacherib
uirgo filia syon mouebit
caput post tergum tuum cui
exprobrasti sancto
israel · in uiribus tuis
quod uastasti iudeam · ego
a diebus antiquis ego
plasmaui illud · et nunc ad-
duxi · i · ego qui abstuli
diffusi ueta · quod sic flagella
rem · spectantes · nunc imple-
ui · ego auctor fui · tu minister
pona itaque circulum in naribus

tuis . sicut fit cimbalo . et
chamum in labiis tuis . sicut
fit equo . et reducam te in terram
tuam . Tunc addidit ysaias
verba sua ad Ezechiam dicens
Tibi autem o Ezechia . hoc erit
signum liberationis tue . Isto
anno recedat a te Sennache-
rib . non rediturus . Ego autem
predico tibi . quid facias hoc
anno et quid secundo . ut tu
videris impleta . scias nomen
esse . quod predixi de tercio . Co-
mede hoc anno . quod reperis
Vel secundum ysaiam . que sponte
nascuntur . vel secundum lxx
que prius seuisti . Imminente
de messione venerat assyrius
et vastaverit segetes . vineas
et abiecta . sed quedam inter
ungulas equorum calcantium
euaserunt . Unde dicit lxx .
Comede que prius seuisti .
Etiam de reliquiis . quedam sponte
remanserunt de quibus dicit
ysaias . Comede que sponte
nascuntur . Etiam in presentem
adventu Sennacherib . non
congregaverat sibi undecunque mi-
licia et reposuerant in
urbem de quibus dicit liber re-
gum . Comede quod reperis
porro secundo anno comede
que sponte nascuntur . Vel
secundum ysaiam pomis ve-
scere . quod idem est . Secundo
enim anno dum moraretur Sen-
nacherib in Egypto . quia
defuerat eis predicta victualia
multiplicavit eis dominus
habundanter que sponte ge-
nerant humus . porro in tercio
anno fugato hoste securi
seminate . metite et comedite
et tunc dicitur . egredientur
reliquie . et quod saluatum est
de monte Syon et quod reli-
quum est de domo iuda . mittet

radicem deorsum . et faciet fru-
ctum sursum . per simile arboris lo-
quitur que quanto profundius fi-
git radicem . tanto copiosius et
altius facit fructum . Vel est sensus
multitudo populi que fugit de
Iudea ante faciem hostium . et rever-
tit se in urbem . ut salvaretur .
fugato hoste redibit in terram
suam . et populabit eam . Hoc audito
adventu Ezechias et de consilio
ysaie et sapientum obturavit ca-
pita fontium extra urbem et rivum
aquarum in iudea . ne venientes
assyrii invenirent aquas habu-
ndanter . Tunc obturavit Eze-
chias superiorem fontem aquarum
gyon et avertit eas subter ad
occidentem urbis david . ut instru-
xerat piscina interiore effecta
etiam ante fontem Syloe . quasi
stagnum in quo colligerentur aque
et servarentur ambe qui vsu
obsidionis et tempore Ezechiae habundantius
adiiciens ysaie copiosius solito
egresse sunt aque de fonte Sy-
loe . Hoc autem stagnum vocatur
in Evangelio natatoria Syloe

De fuga Sennacherib

Factum est autem post annum redit
Sennacherib ab Egypto
et cum vastasset iudeam . tandem
obsedit urbem sed eadem nocte
angelus domini percussit in castris
assyriorum . clxxxv . milia . et ti-
mens Sennacherib fugit cum re-
liquiis suis ut aiunt hebrei et re-
diit in niniven . Cumque adoraret
in templo nesrac deum suum ad-
ramelech et Sarasar filii eius
percusserunt eum gladio . et fuge-
runt in terram ararath . partem armenie
campestre et ubere . ad radices
montis tauri . Et quia fluit ara-
xes . Et regnavit pro eo filius
eius assaradon . Indignati enim
maiores filii in patre . quod filium

in mortem nati praecesserat eum in
regem. eo quod magis dili-
geret matrem illius quam istorum.
In hoc regnavit pro illo aut ostensus
est Sennacherib regnavit populo de
quod parricidio filiorum est desuatus.
Hebrei Jerusalemitae videntes
stragem hostium egressi sunt et
spoliaverunt castra. Spolia vero
mortuorum tollentes excussissent
cineris pulverem tamen illa cineris
quinque latent cum cadavera
inclinaverat

De regressu solis

[Nota Hebrei tradunt quod ... [illegible] ... Isaias ... [illegible] ... rege Assyriorum ... barba]

Ezechias autem post inopina-
bilem et incredibilem tri-
umphum, licet cum hostes cum populo
hostias deo immolasset, non
tamen digne gratias egit. Ira et ad
elatus est et canticum non cantavit
sicut cum hominibus fecerant, non consue-
verant. propter et hic ea egrota-
vit usque ad mortem. et venit ad eum
Isayas et ait: Haec dicit dominus:
Dispone domui tuae, quia morieris
tu et non vives. Contristatus
Ezechias eo quod filium non haberet
domum relinquet desola-
tam. vel ne forte frustraretur cer-
ta promissio facta David de semine
eius. Conversus ad parietem flevit
amare, forte ut secretum oraret
et ne astantes lacrimas eius vi-
derent. Vel forte ad parietem porti-
cus templi juxta quam cubabat
cubabat. et quia in porticum
ascendere non poterat adorandum
spectare ad faciem eius oravit,
dicens: obsecro domine memento
quomodo ambulaverim coram
te in veritate etc. Et si in me
peccavi partem ne peccaverit apud
te, quae feci coram te. Porro
antequam egrederetur Isayas
media parte atrii, dixit ad eum
dominus: Redi et dic Ezechiae
haec dicit dominus deus David
patris tui: Audivi orationem
tuam et vidi lacrimas tuas.
Ecce sanavi te. die tertio as-
cendes in templum. diebus
tuis addam xv annos. de manu
regis Assiriorum. Anno reditus
timebis. liberabo te et urbem
hanc propter me et propter David
servum meum. Hic apparet quia
Manasses non dum natus erat
qui post mortem patris cum regnare
cepisset xii erat annorum. Et
ait Ezechias: quod signum erit quia
dominus sanabit me? Cui
Isayas: Vis ut ascendat um-
bra x lineis in horologio an
ut revertatur totidem gradibus.
Erat autem hora diei x. et umbra
gnomonis descenderat per x [illegible]
lineas. Dedit ergo regi optionem
signi utrum vellet quod sol staret
per spatium x horarum immobilis
vel rediret ad orientem et iterum
inchoaret diem. Quodlibet au-
tem fieret adderentur duodecim
horis diei x horae. Quod sen-
sui consonat. Hebraeus dicit
solis ut staret umbra x line-
is. an revertatur. Cum Ysaia
quod de reditu solis ad ortum
tantum agitur. non de ascen-
su umbrae. Corruptum super
librum sensu sic exponitur. umbra
solis ut ascendebat x
lineis praecedens sole supra
terram per borealem plagam
versus orientem. Sic quotidie
de die in nocte subterra procedere
solet. et completis decem
horis. statim rediret ad locum
ubi nunc est. et pergeret ut
ante. Et elegit. Et sic
rediit sol ad orientem na-
turali? staret aliam causam vel
naturali posset astrui? vel
forte quia iam alio tempore

Sub h[oc] t[em]pore et t[ur]babat

factum fuerat . sicut sub
Josue sig[nu]m mandatum elegit
et statim stans in oriente
reuersus e[st] iterum p[er] x lineas
p[er] quas iam descenderat hoc
fecit Ysaias afferri massa
ficarum . et cathaplasma
uerunt super uulnus eius
hebreus magis [...]e erat
sup[er] ulcus eius . Quidam
suspicatur fuisse apostema
aliq[ui] Bamech in altis sup[er]
ficiem prouocatur . sicut ubi
ficus concussis . Petrus a
quila Bilhacha . et the
odotio . regium morbum fuis
se dicunt . Quicunq[ue] sicut
ua . uel summpta . uel appo
sita contraria putantur et ia
dei potencia monstrata est
in p[er] tres nouas sanitas
est restituta . Et conualuit
Ezechias et tercia die ascen
dens in templum ait . Ego
dixi domine i[n] d[iebus] egrotacio
nes me cogitaui in di
midio dierum meorum uada
ad portas inferi i[n] h[oc] d[iebus]
suscepta Bobble Zman[n]
expectabam descenda ad infe
ros . et d[ominu]m hec cogitarem
quesiui a te orando ter donum
annorum meorum ut prius
uelles me parce fecit quod
qua pinari . hinc cantica
Ezechie premittit septua
ginta titulum talem . oro
Ezechie regis iuste Ce
melius est ch Ysaia Sc
ptura Ezechie regis uide
lla in hoc cantico narrat
tum . que cogitauerat uel
orauerat d[um] egrotasset . et
uo orauit . in eo . in[ter] duobus
uerbulis tum . ibi domine
uide preme et in fine due
saluum me fac de morte

Ezechie

In illo tempore misit ar
rodach Baladan filius
Balada Rex Babilonis libros
et munera ad Ezechiam . postea
ut ei sanus esset . et amicus
illam ei tempore Rex medorum
et Rex Babilonum recesse
rant a monarchia assiriorum
sub assaradoch ne essent sub
eo potestas tamen ea legatio missa haec
creditur fuisse caldei uir
gebant in astronomia ne pa
terant inuenire secundum artem sua
quare dies fere in duplum p[ro]
tensa fuerat et tamen audierat
quod pro Rege Jerosolimorum factum
esse . et miserunt ad eum . ut sci
scitarent Regem rei ueritatem
super ea caldei adorabant sole
et miserunt Regi munera . ut
honorarent hominem quem hono
rauerat deus eorum . et letatus
est Ezechias in aduentu eorum .
et iterum elatus est in aio suo .
nec fuit in domo sua nec in
omni potestate sua quod non ostenderet
eis etiam domum aromatum . quam
quidam tradunt fuisse cellam
aromatum in templo domini in
quod induere gentiles nephas
erat Secundum Epiphanium . domus
erat longissima quam fecit Salom
on destructam patris sui quod
orientem Syon . et fecit occulti
aditus eo positum longe a ciui
tate que deprehendi ab omni uel
so populo nequeat . pluribus
ab sacerdotibus ignota erat ille
locus quod posuit ter aurum . et aro
mata hec adducta erant de
Ethiopia In ea post sepultura
regum erat sepulcra positi sunt
et postremo hyrcanum . hec scilicet
dauid et Salomonis Ezechias
gentibus denudauit . et ossa
patria contaminauit et pericula pro
phanorum . et ab ipso die seruus
factus est porro cum abissent le
gati . uenit Ysaias ad Regem
et ait Quid dixerunt uiri isti

et inde venerunt ad te. Cumque
indicasset ei quod quesierant.
dixit Ysaias. Hec dicit dominus
ecce dies venient et auferentur
in Babilone omnia que sunt
in domo tua. et que abscon-
derant patres tui. Sed et de
filiis tuis erunt eunuchi
in palacio regis Babilonis.
Hoc impletum esse fabulantur
hebrei in Daniele et sociis
eius. qui cum Joachim filio
Josie capti sunt. Sed verius ce-
dimus eos eunuchos fuisse non
corpore, sed mente. Et dixit Ezechi-
as Bonus est sermo domini. Sit
pax et veritas in diebus meis.
Et dormiuit Ezechias cum pa-
tribus suis. Et celebrauerunt ob-
sequias eius uniuersus Juda.
Et sepelierunt eum super sepul-
cra filiorum David. id est eminencius
sepulcrum ceteris fecerunt ei ca-
uerte qua colunt deum. Cepe-
runt sic commendatur in libro re-
gum. Nos fuit similis ei. neque an-
tea neque post de cunctis regibus
Juda. Et queritur de Josia di-
cunt quod Josias Et in hoc ex-
cipitur David quia non dum erat
sub eo regnum Juda. Et queritur
de Josia dicitur quod Josias me-
lior fuit eo. Sed iste commenda-
tur in hoc quod magnificatus est in
hoc preclaris bellorum titulis. et
quod tela mandita fecit dominus
pro eo regressum solis. addi-
tam amicorum strage hostium
pangelium

I Secuntur incidencia

In diebus Ezechie Cira-
cusa et chatina in Sili-
cia condite sunt Romulus mi-
lites exemplo sumpsit qui ex
mille hominum erant qui sub
stacio. Rege Sabinorum romu-
lo fauebant. qui uterque appel-
lauit. C elegit senes quos
appellauit patres Romulus
apud paludem capree nusquam
comparuit et suadere te lucio
qui eum nomine consecratus
est. Post Romulum senes per
dies singuli per quos dies
re preerant. per annum fere
et dimidium. Numa regnum
appellatum est interregnum. Hic
secundus a Romulo regnat
summa populus qui pre-
ctos senes Senatores appel-
lauit hic primus cognicionem im-
litibus dedit. in impiales
largitor in sui promotione
Januarium et Februarium an-
no addidit. Fundamenta
Capitolii iecit. Sibilla e-
ricta clarruit

De manasse et ysaye obitu

Post Ezechiam regnavit
Manasses filius eius
pro eo xii annorum. erat cum
regnare cepisset. et lv
annis regnauit in Jerusalem
et fecit malum coram domino
edificauit excelsa. que dis-
sipaverat pater eius et ere-
xit aras Baal et lucos
et extruxit altaria militie
celi in duobus atriis templi
et posuit ydolum luci eius in
templo domini. et traduxit
quendam filium suum per igne
et obseruauit auguria. augu-
res phitones et aruspi-
ces multiplicauit. et errare
fecit Juda in viis gentium.
Cumque argueretur eum prophe-
missi a domino. neminem eorum
parcebat. sed plateas urbis
replerat sanguine. immoratus
cum super aliorum sanguini
ne immoquum fudit. multi-
nimis. donec impleret Jerusalem
usque ad os. Ysaiam
iam quoque aliam matrem

hebreos. vel affine simcietu extra urbem iuxta piscinam Syloe. serra lignea per medium serrari fecit. Cum enim in principio sectionis angustiaretur petiit sibi dari aquam ut biberet. et cum nollent ei dare dominus de sublimi misit aquam in os eius et expiravit. Nec tamen carnifices a sectione desisterent ob hanc aque missionem. confirmatum est nomen Syloe quod interpretatur missus. nec sepelierunt eum in sepulcro prophetarum. sed sub quercu Rogel. iuxta transitum aquarum quem fecerat Ezechias in memoria miraculi. quod fecerat dominus in aquis illis ad preces ysaie. Tradit enim Epiphanius quod cum Sennacherib rediret ab Egipto premisit exercitum ad obsidendam urbem. Cum castra metatus esset circa piscinam Syloe. ut aquis eius uteretur. Erat quasi piscina quam aquis ista et cives ad eam descendere poterant et hostes. oravit autem ysaias obtinuit a deo. ut cum egrediebantur cives exiret ibi aque sicut prius. Cum non accedebat hostes. siccabantur aque prorsus. ita ut mirarentur Assyrii unde essent aque in urbe. Porro in indicium memoriam huius facti adhuc aqua Syloe non iugiter sed in certis horis ebullivit. Et usque in ipsa persona accessit Sennacherib facta est strages post supradicta in exercitu ipsius. In tante rei memoria. populus gloriose prophetam sepelivit in loco predicto. ut etiam orationibus eius post mortem inde fruerentur huius aque beneficio potirentur

De Morte manasse

Immisit quoque dominus adversus Manasse reges Babilonios qui depopulata est iudea. et Manassem dolo captum traxit in babilonem et pluribus afflixit tormentis. Et intelligens Manasses hanc esse manum domini. egit penitentiam et attente oravit ad dominum. et misertus dominus reduxit eum in regnum suum. Cum tamen prevenisset ultima. delevit ydolorum cultus et aras quas fecerat ita ut memoria priorum nichil superesset. et restituit cultum domini sicut prius. et populum idipsum agere docuit. et sic a pravo priori conversatione mutatus est. ut non sine grandi admiratione vita ageret. Iterum muros quoque civitatis. et turres et armamentaria multa munitionibus firmavit et mortuus est Manasses. et sepultus in orto domus sue in orto Oza et regnavit amon filius eius pro eo.

Incidentia

In diebus manasse Sibilla erophila claruit in Samo unde et Samia dicta est. Parthe tarenti condiderunt. Glaucus de chios primus ferri glutinum inventionem excogitavit. Tercius romanorum Rex Tullius hostilius hic primus regum romanorum purpura et fascibus usus est. Qui post longam pacem bella reparavit. albanos vicit. fidenates vicit. adiecto monte celio ampliavit urbem. Tandem cum domo sua fulmine conflagravit

De Amon et Iosia

Porro anno xx et duorum annorum erat cum regnare cepisset. et duobus annis regnavit

in ihrlm. et in ihrlm. ecce lex dicavit. xij
qui fecit malum coram domino
sicut pater suus in iuventute
sua fecerat. et tetenderunt ei
insidias servi sui. et interfecerunt
eum in domo sua. porro
populus autem percussit eos qui interfecerant
regem et sepelierunt
eum cum patre suo. et statuerunt
sibi regem Josiam filium eius pro
eo octo annorum erat Josias
cum regnare cepisset et xxxi et
uno anno regnavit in ihrlm
et ambulavit per omnes vias da-
vid patris sui. non declinavit
ad dexteram neque ad sinistram.
Qui cum questo regni sui anno
qui erat ei xvj etatis. ut dicit
iosephus pietatem et iustitia mi-
rabile se iam demonstrabat
nam postmodum iam renovabat ab
ydolatria et opera prava velut
senior emendabat porro anno
regni sui viij^e omnem civita-
tem et provinciam a cultu ydo-
lorum purgavit. ut nullum ve-
stigium ydolatrie superesset sed
tabat. etiam domos si nequid
latent remanet suspectum et
in una quaque causa iustitiam
coluit. tamquam arce sue me-
dicina misit quoque in tota provi-
nciam. ut deferrent ad reparatioz
templi munera pro sua vo-
luntate unusquisque. et pre-
fuit huic operi helchias sacer-
dotem magnum. et amasiam
qui erat super civitatem et
saphan scriba. et facta est tem-
pli reparatio fideliter et indilate

De Jeremia

Anno xiij^o regni Josie ex-
orsus est prophetare Jeremi-
as filius helchie de sacerdoti-
bus anathot in terra beniamin
tertio ab urbe miliario et pro-

phetavit usque ad eversionem
urbis xl annis et unus preter
illud tempus quo in egipto
prophetavit in thaphnis. et cum pu-
er esset. dixit eis dominus propheta
propheta in gentibus dedi te. cum-
que dixisset a a a domine deus
nescio loqui quia puer sum
ego misit dominus manum
suam. et tetigit os eius. et
dixit. Ecce dedi verba in ore
tuo. ex tunc licet esset adoles-
cens cepit prophetare. et predicare
mane consurgens et frequens
stans in porta domus domini
et in atriis templi. et ostendit
ei dominus signa custodiis
ihrlm que predicabat. primo
signo significavit ei auctore
illius custodie dominum o-
stendit eum ei quasi sine ingi-
lante in virga ut damnifi-
caret dormientes. Sic enim
dominus iam vigilabat ad
puniendum populum suum. Se-
cundo uno signo ostendit ei
dominus. quo ministro ad hoc
uteretur. ollam succensam
a facie aquilonis. et hic
ab aquilone pandetur omne
malum. super omnes habita-
tores huius terre et caldei
qui iuxta situm ihrlm ab aquilone
venerunt. has duas
visiones vidit sub Josia
sed tamen metu est. Certum
tamen putatur quod sub aliis re-
gibus viderit ea sicut et
cetera que sequuntur. In tercia
enim visione ostendit ei dominus
causam custodie. Nec sunt he
visiones ymaginaria. sed cor-
poralis. Precepit enim ei
ut tolleret lumbare suum. et
abscondet illud super eufraten. et post multos

helchias quod pater Jeremie a quibusdam

madato domini veniens in pet
illud putrefactum · et nulli
usui aptum · et ait ei dominus
Sicut adheret lumbare ad
lumbos viri · sic aglutinavi
michi domum israel · et domum
iuda · sed quia recesserunt
a me fermentando · post dies
aliquos qui putrescent trans
eufraten captivati · Reliqua
Jeremie locis suis tetabitur

De inventione deutero
nomii

Octavo xviii anno regni
Josie precepit Josias hel-
chie · ut residuum pecunie · que
oblata fuerat ad templi
reparationem conflaretur et fierent
inde vasa ad ministerium domini
Cumque helchias omnia diligenter
scrutaretur invenit librum
in templo moysi · et forte
aperuit archam · et invenit
deuteronomium quod moyses
tempore fecerat · In ea et misit
eum regi per manum Saphan
Qui cum legisset coram rege
scidit Rex vestimenta sua an-
divit enim maledictiones sc-
riptas in transgressores legis · et
celebras comminatas domini eo-
rum si sequerentur ydola cuicunque
deorum · quod declarat eis
sicut eiecerat amorreos a
facie eorum · et minabatur · quod ad
hunc essent in terra immi-
nente captivitate · Tunc precepit
helchie · et viris prudentibus
ut consulerent dominum super
se · et super populum suum · Et
descenderunt ad olda prophe-
tissam uxorem sellum · qui ha-
bitabat in iherusalem in secunda
id est in secundo ambitu muri ·
quem fecerat Ezechias · Sequi-
tur · Sophonias · et ulula ·

tus a secunda · non invenerunt
Jeremiam · Vel potius melius ad
hunc momenti erat quam olda · Que
dixit · Hec dicit dominus Ecce adducam mala
que scripta sunt in libro legis
super locum hunc · et habitatores eius
quia irritaverunt me in cunctis ope-
ribus manuum suarum succendetur
indignatio mea · et non extinguetur
Regi autem qui misit vos dicetis · hec
dicit dominus pro eo quod audisti verba
voluminis · et perterritum est cor tuum
et humiliatus es · differentur hec ma-
la · nec fient in diebus tuis · et
colligeris tu ad patres tuos in pace
quod non est intelligendum de pace
ipsius regis · ipse enim occisus est a
pharaone · sed de pace populi ·
in sequentia misereret populo · que commi-
nata fuerat · hiis auditis · mittens
rex in omnem provinciam · congre-
gavit omnem populum in iherusalem · et
stans super gradus legit cunctis
audientibus omnia verba libri · et
percussit fedus coram domino · et compulit
omnes · sacramenta prestare ut leges
moysi celis penitus custodirent · et
delevit arioles · et maleficos
omnes · et omnia vestigia ydolatrie
redegit in ~~pulverem~~ pulverem · e-
tiam vestigia quedam serpentis
enei quem deleverat Ezechias obliti
in prologo Sophonie legitur Jo-
sias destruxisse eum et conciderit ex-
celsa · et valle tophet · et igne mo-
loch · et forte ossa mortuorum ubique
sparsit · Vel quia alia immunda ·
vel potius abhominabilis quia
venerabilis locus apparuit · equos
quoque · et currus cum solis quos de-
dicaverant Reges iuda in introi-
tu templi iuxta exedra · Natha
melech eunuchi penitus destru-
xit fecerat ibi iudei ydolum
solis · quasi puerum in curru · quod

Cxxxvii De martirio Isaie (?)

nullum patitur semen, sed quotidie renovatur. Fecerant et ei equos et currum putantes quod in hunc modum Heliam transtulisset. Et ascendens rex in Bethel super altare quod fecerat Jeroboam, combussit ossa sacerdotum et falsorum prophetarum eruta de sepulcris excelsorum iuxta verbum Abdon prophete. Cumque titulum eius legisset in sepulcro, precepit ne moverentur ossa eius nec etiam illius cum quo sepultus erat. Idipsum fecit in excelsis Samarie et in urbibus Manasse et Effraim et Symeon usque in Neptalim. Ossa sacerdotum excelsorum eruta super altare comburens et tam ossa quam altaria in pulverem redigens. Hoc predictum erat de Josia ante annos ccc lx et viii. Et reversus in Ierusalem fecit phase, convocatis ad illud etiam filiis Israel qui captivitate Assyriorum aliquo modo effugerant vel etiam de captivitate aliquo casu redierant. Et traditur eum habuisse xxx milia nathineorum. Non est factum phase tale a diebus iudicum. In Paralipomenon legitur: a diebus Samuelis, quod possit dici secundum scripturam factum. Et scriptum est et scriptum est Samuelis prophete. Idipsum in Josepho legitur. Potest ergo intelligi quod Samuel fecerit phase, et si in hystoria non legatur. Quod autem iudices fecerint phase, tantum de quibusdam legitur, et Josue iudices fuerunt. Et factum est hoc phase in Ierusalem xviii anno regni Josie.

+ Ubi supra tempore iudicum. Et [illegible] tempore [illegible] scripta

De morte Josie

In diebus eius ascendit Pharao Nechao rex Egipti contra regem Assyriorum, vindicare eum cum iam debilitatum, quia Medi et Babiloni a monarchia eius recesserant. Et Josia-

[Marginal note: et primum nomen civitatis vel viri]

bat quod de facili posset obtinere. Circia primo agressus est rege ad Ferrido (?) qui regnabat tunc in Cartanius (?). Descendit ergo Josias in occursum eius, prohibens ne transitum faceret per Iudeam. Et misit Pharao ad Josiam dicens: Quid michi et tibi rex Iuda? Non adversum te venio, adversum Ca(r)chamis (?) ascendens. Tu ipse (?) mittit credens adversus (?) me ne deus qui mecum est interficiat te. Et non acquievit Josias, sed in rege Assyriorum consenciebat. Ut adversus pharaonem dimicaret adversus pharaonem, et forte diu tunc suspecta Dominum (?) in curru qui sequebatur eum more regio. Occisus est a sagittariis in campo Mageddon et plangit eum in populo. Adremon rex insula (?) cum exercitu suo. Unde illud dictum est: Erit planctus sicut planctus Adremon. Narrat quod ante quam unus arbore et fonte occisus fuerit, que statim aruerit. Et relatus est in Ierusalem, et sepultus est in mausoleo patrum suorum. Et planxit eum universus Iuda et Ierusalem et maxime Jeremias, qui super exequias eius fecit usque in tempora lamentabiles. Quomodo sedet sola civitas etc. Quibus utebantur cantores et cantatrices super exequias Josie. Et longis temporibus in Iudea super Josiam eos recapitulabant quibus Jeremias superaddidit eidem super exulatas lamentationes captivitatis civitatis. Reliquit autem Josias tres filios: Eliachim qui et Joachim primogenitum xxv annorum, medium autem Joachas, qui et Sellum dictus est, xxiii annorum. Et tercium

Iathama erat octo annorum

Incidencia

In diebus Josie Quartus
romanorum Rex Ancus
Marcius nume nepos ex
filia aventinum montem et
ianiculum urbi addidit super
mare ypo a(?) urbe milia
hostiam condidit oraculo
dodonee primum grecia usa
est Quintus Romanorum Rex
Tarquinius priscus qui circu(m)
rome edificavit muros et
cloacas et capitolium extru-
xit ludos Romanos institu-
it Arion a delphino in te-
narum deportatus dicitur

De Joachim

Tulit ergo populus terre medi-
um filium Joacham et
constituit eum Regem pro patre
suo. qui tribus mensibus
tantum regnavit in ierusa-
lem ita ut dicat paralipomenon
Venies Rex Egipti in
ierusalem. amovit eum. et impo-
suit in Rebla(?) ~~terram~~ terre
C talenta argenti. et unum
aureum. et constituit Regem pro
fratre eius primogenitum
Eliachim. sibi tributarium
et mutato nomine vocavit
eum Joachim ut mutatio
nominis signum esset subiectionis
et duxit secum Joacha in
Egiptum. sub spe honorandi eum in
Egiptos. Ita cum venisset in
Reblata. cepit eum et ligatum
misit in carcerem in Egiptum

De morte vie et prophetia

Porro Joachim xxv annorum
erat cum regnare cepis-
set. et xi annis regnavit
in ierusalem et fecit malum cora(m)
domino. iuxta omnia que fece-
rant patres eius. Cumque
argueret eum urias propheta co(m)-
minatus est ei valde et fugit
urias in Egiptum et mi-

Jeremie ad Judam

sit post eum Joachim et reduxit
eum et morte turpissima inter-
fecit eum Anno quarto regni Joachim
cepit regnare in babilone na-
buchodonosor. qui victo rege E-
gipti. tulit omnia que eius fu-
erant a rivo Egipti. usque ad flu-
men Eufraten (alias eufrates) en-
fraten. omnem Syriam usque ad
pelusium cepit preter iudeam. Porro
anno quarto Joachim locutus est
Jeremias ad omnem populum iuda. et
habitantes ierusalem dicens A xiii
anno Josie locutus sum verba
domini. et hodie est xxiii annus
et non audistis me propterea hec
dicit dominus. Adducam meum servum
nabuchodonosor super terram hanc
et super omnes nationes. que in cir-
cuitu eius sunt et servient regi
babilonis lxx annis. Cumque im-
pleti fuerint anni lxx. visita-
bo super regem Babilonis et
super terram caldeorum iniquitatem
eorum et ponam illam in solitudi-
nes sempiternas. et mirabantur
quod tam audacter loquebatur Ita
et in principio regni ioachim cum sta-
ret in atrio templi. et diceret
hec dicit dominus. dabo domum
hanc sicut Silo. et urbem hanc
dabo in maledictum. apprehen-
derunt eum sacerdotes et prophete et A pse-do
omnis populus dicentes. morte mori-
atur et ascenderunt de domo re-
gis principes Juda et sederunt in
introitu domus domini. et accusabant
Jeremiam sacerdotes. et prophete. Qui
ait. misit me dominus ut prophetarem
adversus locum istum. Ecce in ma-
nibus vestris sum. facite quod
rectum est in oculis vestris. et
liberaverunt eum principes de mani-
bus populi. et maxime atcham
et filius zapham. dicentes quod
micheas in diebus Ezechie similia
predicasset. et multi prophete in die-
bus Regum. nec aliquid a regibus
passi sunt. sed honorati. Clause.

runt tunc principes Jeremiam ne
publice predicaret. Dixit Re-[?]
tus dominus ad Jeremiam Tolle
volumen et scribes omnia verba
que locutus sum tibi adversum
Juda et alias gentes a diebus
Josie usque ad diem hanc. et vo-
cavit Jeremias Baruch fi-
lium nerie et scripsit Baruch
ex ore Jeremie omnes sermones
domini et dixit ad eum Jeremias
Clausus sum nec valeo ingre-
di domum domini. Ingredere
ergo tu. et lege que scripsi
in die ieiunii audiente po-
pulo. et universis qui ve-
niunt de civitatibus suis. et
fecit Baruch sicut preceperat
ei Jeremias propheta legens in
domo domini. Factum est autem
in anno v° Joachim in mense
nono predicaverunt ieiunium
omni populo in Jerusalem. et univer-
sis qui confluxerant de Juda
et legit Baruch sermones
Jeremie in introitu porte no-
ve domus domini. quod cum audis-
set filius Gamarie Micheas
descendit ad principes et senio-
res domus regis qui sedebant
in gazophilacio scribe. Cumque
nuntiasset eis que audierat
vocaverunt ad se Baruch.
Cumque legisset omnia verba
coram eis obstupuerunt. et dixe-
runt ei absconde te et Jere-
miam et nemo sciat ubi sitis
et ingressi sunt ad regem. qui
sedebat in domo hyemali men-
se ix° et posita erat arula coram
eo plena prunis. Cumque le-
gisset ~~inde~~ felia Judi filius
nathanie tres pagellas vel
quatuor. scidit rex volumen scalpel-
lo scribe et proiecit in ignem do-
nec consumeretur. quibusdam
tamen contradicentibus et pre-
cepit Rex servis suis. ut
comprehenderent Baruch et
Jeremiam. dominus autem abscon-
dit eos. et dixit iterum dominus
ad Jeremiam. Scribe rursum
in volumine. omnes sermones
quos combussit Joachim. et
super addes plures. et prophe-
ta que dicat dominus contra Jo-
achim. Non erit ex eo qui sede-
at super solium David. et cada-
ver eius proicietur ad estum
diei. et ad gelu noctis. Non
plangent eum. Ve frater. ve
soror. id est non plangent frater et so-
ror dicentes ve. non concrepa-
bunt ei. ve domine et ve incli-
te. sepultura asini sepelietur
putrefactus et proiectus extra
portas urbis.

De nabuchodonozor et morte Joachim

Factum est autem in anno viij
Joachim. ipse est quartus
annus Nabuchodonosor. as-
cendit Nabuch in Judeam. et
depopulabatur eam. Rechabite
autem qui habitabant in taber-
naculis [?] ab hominibus
timentes ascenderunt in Jerusalem. et
ut salvarent animas suas. et
dixit dominus ad Jeremiam
vade et introduces omnes
Rechabitas in via exedram
Eleazarorum iuxta domum dei
et introduxit eum in gazophi-
lacium filiorum Anania et po-
suit coram eis scyphos et
calices plenos vini. dixit
bibite vinum. Qui responderunt
non bibemus. quia Jonadab
filius Rechab pater noster
precepit nobis dicens non
bibetis vinum vos. et uxo-
res vestre. et filii usque in
sempiternum. domum non edi-
ficabitis. sementem non sere-
tis. vineas non plantabitis sed in ta-

bernaculis habitabitis cunc-
tis diebus vite vestre. ut
vivatis multis diebus super
terram In qua peregrinamini. Et
tunc ait dominus ad Jeremiam
dic habitatoribus ierusalem. Et dicit
dominus Nunquam non accipietis
disciplinam ut obediatis in
sermonibus Rechabite patri suo.
Propterea inducam super vos ma-
la. que locutus sum. De stirpe
vero Rechab. non deficiat vir
stans in conspectu meo.
Porro cum ascendit Nabuch
in ierusalem cepit Joachim. et
ligavit eum et trahebat secum
in Babilonem. Et nobiles
cum eo In itinere vero imposuit
ei Nabuch. tributum et re-
misit eum in ierusalem. sed obsi-
des traxit pueros de semine
regio. Danielem scilicet et tres
pueros. et servivit ei Joa-
chim tribus annis. Qui cum
audisset quod Rex Egypti contra
pugnare vellet. contra Na-
buch. negavit ei tributum
quod promiserat. Et ascendens
Rex Babilonis in ierusalem sed
ante sedes intravit ea quam
cum intrasset. fide non servata
sed Juvenes fortissimos quos
invenit occidit una cum Rege
Joachim. quem etiam ante muros
insepultum proici iussit. et
qui non servaverit ei fidem ho-
stes. Ideo forte liber Regum
vocat eos latrunculos calde-
orum dicens. Et immisit dominus
in Joachim latrunculos cal-
deorum. Et Sirie et moab. ut
disperderent eum iuxta verbum
domini. Ista stigmata sunt inve-
ta in corpore eius contra le-
gem. Et nomen ydoli. quod
colebat chosomosta

~~De Sedechia~~ de Jeremia

De depredatione templi
et captivitate in babilonia

Et constituit Nabuch. fili-
um eius Regem Joachim. e-
quinocum scilicet pater decem et octo
annorum erat Joachim cum regnare
cepisset. Et tribus tantum mensibus
et x diebus regnavit Ista cum tres-
pisset Nabuch timuit ne Joachim
memor necis patris adhereret
Egiptiis. et pugnaret adversum
eum et ideo rediit et obsedit Ie-
rusalem Sed adveniente Rege egressus
est Joachim ad eum cum matre et
omni domo sua. et principibus eius
et suscepit eos Rex Babilonis
anno viii° regni sui. Et tulit v-
niversa vasa aurea de domo
domini. et thezauros domus Regie
Regie. et transtulit in babilonem
cum rege et matre eius de domo
Regia civitatis duo milia de princi-
pibus et viris robustis vii milia
artifices et inclusores mille
In summa x decem milia. Inter
quos erat Mardocheus. et E-
zechiel adhuc iuvenis de genere
sacerdotum quidem tunc esse volle
hic (?) duos libros conscripserat
de futuro urbis excidio. quos re-
linquit in iudea Isti quia sponte
se tradiderunt proprie dicti sunt trans-
migratio iudee Alii vero qui post-
ea per violentiam tracti sunt. proprie
dicuntur captivitas Unde abhac
transmigratione scilicet ab viii° anno
regni Nabuch. quidam inchoavit
imitare. lxx. annos captivitatis

De transmigratione
et captivitate

De Sedechia

Et constituit Nabuch Regem
in ierusalem patruum Joachim.
Mathaniam ut serviret ei sub tri-
buto Interposita religione iusiu-
randi. Et mutato nomine. vocavit
eum Sedechiam. Vicesimum primum
etatis anni agebat Sedechias
cum regnare cepisset. et regnavit
xi annis in ierusalem. Et fecit malum
coram domino. sicut Joachim fe-
cerat Erat enim superbus cogitans

De interpretatione
prophetie Jeremie

ut adhereret Regi Egiptiorum et
non fuaret insurtans regi ba-
bilonis decipiebant eum cum pseu-
do prophetis dicentes in proximo ba-
bilonios vincendos ab Egip-
tiis Cumque diceret ei Jeremias ut
spem poneret in deo et non in homine
dixit ad eum dominus descende in
domum figuli et ibi audies verba
mea et descendit et ipse figulus
faciebat opus super rotam et
dissipatum est vas in manibus eius
et uersus fecit decoctum luto al-
terum vas sicut placuit in oculis
eius et dixit dominus ad Jeremiam
dic domui Juda hec dicit dominus
Numquid sicut facit figulus potero
facere vobis ut destruam et dissi-
pem vos et penitentes edificem
et plantem Factum est autem in anno
iiiio regni Sedechie et miserunt
ad eum nuncios Rex Edom Rex moab
Rex amon Rex tyri Rex Sydonis
petentes ut pariter federati una-
nimiter tributa negaret Regi ba-
bilonis et dixit dominus ad
Jeremiam fac tibi cathenas li-
gneas id est retortas vi et ponas v-
nam in collo tuo et alias v
dabis in manus nunciorum v
Regum coram Sedechia dicens
hec dicit dominus v regibus et
regi iuda Ego feci terram et de-
di ei qui placuit in oculis me-
is et nunc dedi omnes terras istas
in manu Nabuch servi mei ho-
minis et regum que non servierit
ei in gladio et fame et peste
visitabo super eos Nolite au-
dire verba prophetarum dicentium vobis
Non servietis regi Babilonis
ne pereatis cum eis Et cum complesset
Jeremias mandatum domini coram
Sedechia Ananias propheta de Ga-
baon tulit cathenam de collo
Jeremie et confregit eam dicens hec
dicit dominus Sic confringam
iugum regis babilonis

de collo istarum gentium post
duos annos dierum et faciam
referri omnia vasa domini et
reducam omnem transmigrationem
Jude ad locum istum et ait Je-
remias amen sic faciat do-
minus quod dixisti velle co-
si fieri posset veruntamen au-
di Anania Non misit te
dominus et confidere fecisti po-
pulum istum in mendacio propterea
hoc anno morieris post duos
menses dierum et mortuus
est Ananias in anno illo
mense viio Ista hec prophetat
Jeremias in mense vo. tertius
aut Sedechias ad mortem
Ananie misit nuncios in
babilonem cum tributo et
misit Jeremias in manibus
nunciorum epistolam ad omnem trans-
migrationem Jude hec dicit
dominus Edificate domos
et plantate ortos ducite
et tradite nuptui et querite
pacem civitatis ad quam trans-
migrare vos feci et orate
pro ea ad dominum quia in pace
illius erit pax vestra non
seducant vos prophete qui in
medio vestri sunt qui
promittunt vos in brevi
reddituros quia cum ceperint
impleri in babilone lxx
anni reducam vos in locum
vestrum hec dicit autem dominus
ad Achab filium Colie et
ad Sedechiam filium maasie
qui prophetant vobis mendacium
ter. tradam eos in manum
regis Babilonis et percutiet
eos in oculis vestris et as-
sumetur ex eis maledictio di-
centium ponat te dominus sicut
Sedechiam et sicut Achab quos

frixit Rex babilonis in igne
pro eo quod fecerunt stulticia
in israel et mechati sunt in
uxores amicorum suorum et lo-
cuti sunt verbum in nomine meo
quod non mandavi eis hos
duos tradunt hebreis fuisse
illos duos senes quos postea
dampnavit daniel. Nec obe-
quod dicitur Rex babilonis eos
frixisse cum daniel dicat eos
lapidatos coniunctos cum tra-
diderit regi ad penam quod nove
ignis significata est Cumque
redisset nuncius de babilone
attulerit literas cepit pseudo
prophetas ad sacerdotes in iherusalem
in hec verba. Posuit vos dominus
in domo sua super omnem virum
arrepticium et prophetantem ut mit-
tatis eum in cervum et in car-
cere. et nunc quare non incre-
pastis Jeremiam. qui scripsit no-
bis ex civitate dicens quia
non redibitis. et legit Sophoni-
mas epistolam coram Sedechia
in auribus Jeremie. et ait Jeremie hec
dicit dominus. super eos quos
transmigrare feci. suscitabo ver-
bum bonum ut reducam eos
super vos Aut qui non estis
egressi cum eis immittam gla-
dium et famem et pestem et po-
nam eos sicut ficus malas. que comedi
non possunt ostendit enim
dominus signum et ecce duo
Calathi plenii ficis positi
ante templum. et dixit dominus
ad me. Quid tu vides Jere-
mia et dixi Ficus. ficus
bonas. bonas. valde.
et malas. malas valde. et
ait dominus sicut ficus hee
bone sic cognoscam transmigra-
tionem quam emisi de loco
isto et reducam eos in terram hanc
et sicut ficus pessime. sic dabo
Sedechiam et reliquos qui rema-
serunt in urbe ad hanc invexa-
tionem et offensionem omnibus regnis
terre. et dixit dominus iterum ad
Jeremiam vade et accipe lagun-
culam fictili figuli testea. et duces
tecum de senioribus ad vallem filiorum
Ennon. que est iuxta introitum
porte fictilis. et conteres lagun-
culam in oculis eorum et dices. Hec
dicit dominus Sic conteram locum
istum. et civitatem hanc. et vocabit-
locus hic amplius thopheth et
vallis filiorum Ennon. sed vallis
occisionis. implebo eam cum cada-
veribus. eo quod non sit alius locus
ad sepeliendum. et venit Jeremias de
thopheth. et stetit in atrio domus
domini et dixit ad omnem populum
hec dicit dominus Ecce inducam
super hanc Civitatem universa mala
que locutus sum adversus eam et
indignatus phassur Sacerdos
percussit Jeremiam. et misit eum in
nervum qui erat in porta beniamin
superiori in domo domini. Cumque illu-
xisset in crastinum eduxit phassur
Jeremiam de nervo et dixit ad
eum Jeremias. Non phassur vocavit
dominus nomen tuum sed pavorem
undique Interpretatur enim phassur
vel phassor oris ingressus. quasi
dicat non habebis oris ingressum
in potestatem impandi iniqua. sed
paveas undique captivus ducaris
in Babilone. Et oravit Jeremias
ad dominum domine deus exercituum
qui vides renes et corda videam
ultionem eius tibi enim revelavi
causam meam

De prima obsidione
iherusalem

Porro in anno v° Sedechie
ipse est annus nonus eius

ingrationis Joachim Prorsus
est Ezechiel prophare in babilo-
ne captiuos postquam acceperant
Epistolam Iere alius prophetiam sicut
danielis pagina prosequimur. post
excidium urbis et obitum Iere.

porro in primo anni nono Sede-
chie. Nabuch. obsedit Ierosoly-
mam. quia negauerat ei Sedechi-
as ad Ieremiam miserunt et So-
phoniam sacerdotem dicens In-
terroga pro nobis dominum. si forte
faciat nobiscum iuxta omnia mirabilia sua. Ie-
remias hec dicit dominus. dabo

Sedechiam Regem Iuda et ser-
uos eius et populum eius in ma-
nu Nabuch. Regis Babilonis
et percutiet eos in ore gladii et
non flectetur. neque parcet. neque
miserebitur. et libere ambula-
bat Ieremias in medio populi cum
clamans. porro rex Egipti e-
gressus est de Egipto cum exer-
citu. quasi soluturus obsidionem
urbis recessit rex babilonis a
urbe in occursum eius. et fuga-
uit eum in ore gladii et de Siria
coegit exire. Cumque discessis-
set Nabuch a urbe illi se-
cundum falsi prophete Ieremiam irri-
debant Sedechia dicentes. non
reuertentur babilonii. sed redi-
bit tamen ingratiatio nostra ad nos
cum omnibus uasis domini. Ieremias
autem contra hiis et uera prophabat
dicens Tradetur Sedechias
in manum regis Babilonis. et
loquetur os eius cum ore ipsius
et oculi eius oculos eius ui-
debunt et in Babilonem ducet
Sedechiam. interim quod dicebant
Ieremias a mente excessisse porro
Iere. statuit a simili ut egre-
deretur. ad anathot uicum suum
qui xx stadiis distat a urbe
Cumque peruenisset ad portam
beniamin. custos porte apprehen-
dit eum dicens Ad caldeos pro-
fugis et adduxit eum ad principes
qui cesum miserunt in carcerem

Ieremias prophetauit

De incarceratione Ieremie

De emptione agri per Ieremiam

qui erat in domo Ionathe scri-
be. et sedit ibi Ieremias die-
bus multis. et uenit ad eum
ananeel filius sellum patrui
sui ad uestibulum carceris. et
dixit Eme agrum meum qui
est in anathot. tibi enim com-
petit hereditas tamquam propin-
quiori et intellexit Ieremias
quod uerbum esset domini et emit
agrum. appendens vii stateres
et decem argenteos. et ad-
hibuit testes. et scripsit librum
possessionis signatum et stipu-
lationes et aperta signa
cum secutus. et vii leges
subdite et rata et signa for-
inscus et rescriptum libri
forte apertum et in oculis ana-
meel. et testium dedit librum
baruch dicens. sume librum
huius emptionis signatum
et librum hunc. qui apertus
est et pone eos in uase fi-
ctili ut permanere possint die-
bus multis hec enim dicit domi-
nus adhuc possidebunt et agri et
uinee in terra ista de qua uos
dicitis quia deserta erit ego
congregabo eos de uniuersis
terris. ad quas eieci eos et re-
ducam eos ad locum istum et ha-
bitabunt confidenter. et ferio
eis pactum sempiternum

De obsidione Ierusalem

Porro xi anno Sedechie mense
iiii mense ix die mensis Nabuzar-
dam princeps exercitus Ba-
bilonis et principes Nabuch
et arcu dederunt urbem et mu-
rum destruxerunt in circuitu eius.

[illegible]

Ieremias. Itaque Sedechias tulit Ieremiam
de carcere. et interrogauit eum
in domo sua secreto dicens.
putas ne est sermo a domino.
quia tradidit caldei Regis babilonis
dit in manum

[illegible] mense Iunii capta est ciuitas sed misit [illegible] ad [illegible] Sedechiam quid uellet fieri de urbe et [illegible] et ita [illegible] destructa est

De p(ro)phetia Ier(emi)e in carcere

traderis. Sed obsecro domine
mi rex, ne remittas me in
carcerem Jonathe ne moriar
ibi. Et precepit Rex ut traderetur
ei torta panis quottidie
excepto pulmento in vestibu-
lum carceris et ut daretur
ei torta panis quottidie ex-
cepto pulmento donec consume-
rentur omnes panes de civitate.
Et clamabat Ier(emias) in vestibu-
lo carceris. Quicumque remanserit
in civitate fame aut gladio
peribit. Qui vero confugerint ad
hostes quodammodo morte decli-
nabunt et quenerunt princi-
pes et seniores Civitatis ad
regem dicentes. Rogamus te ut
moriatur. Quod iste de industria
eam dissolvit manus in(...)
bellancium plane mittit eum de-
dicit Sedechias iuvenis ducetur
in Babilone. Ezechiel eum
in Babilone perventurum dicens.
Sedechias non videbit Babi-
lonem. Et dixit rex ad eos. Ecce
ipse in manibus vestris est. Nec enim
phas est regem nobis quicquam
negare. Tulerunt ergo Iere-
miam et deposuerunt eum funibus
in lacum Helchie, in quo non
erat aqua, sed lutum, ut mor-
te pessima suffocatus periret. Et erat
depressus in luto, ut ipse arguitur
quod erat ei amarius omni
morte. Tunc Abdemelech
Ethiops vir eunuchus de domo
regis secreto dixit ad regem.
Peccaverunt qui fecerunt isti graviter.
Et Rex. Tolle tecum xxx viros
et leva prophetam de lacu antequam
moriatur. Qui assumptis
viris, tulit pannos veteres
de domo Regis, qui computrue-
rant, et submisit eos in la-
cum per funiculos et dixit ad Ie-
remiam. Pone pannos veteres
sub cubito manuum tuarum et
super funes. Quo facto edu-
xerunt eum de lacu

Quod Ier(emi)as fuit proiectus
in lutum et p(ro)pheta extractus

et vocavit eum Rex secreto ad
hostium tertium quod erat in domo domini
et ait. Interrogo te ne abscon-
das a me aliquid. Cui ille. Quo-
plus dedero tibi non me audias.
Si annunciavero tibi interficias me.
Et iuravit ei Rex dicens. Vivit
dominus non occidam te, nec tradam
in manus virorum qui querunt
animam tuam. Et ait Ieremias. Si
exieris ad principes Babilonis
salvus eris tu et domus tua
et civitas hec non succendetur. Si
non exieris et civitas succendetur
et tu cum domo tua non effugias
manus eorum. Et ait rex. Facerem
quod dicis. Sed timeo Iudeos
qui transfugerunt ad caldeos
ne forte accusat me et tradat
in manus eorum et illudat mihi.
Et ait Ieremias. Non tradideris. Tunc
rex inquit. Nullus sciat verba
hec. Et si quesierint a te quid locu-
tus est tibi Rex dicens. Prostravi
me coram rege ne reduceret me
in carcerem.

De fuga Sedechie



Tres defecerunt victualia in
Civitate a deo ut mulieres
comederent pueros suos ad men-
suram palmi. Sicut legitur in tre-
nis Ieremie. Capta est autem civi-
tas xi anno regni Sedechie et
iiii° mense ix° die mensis. Unde Iosephus
et liber regum. Secundum vero Iosephum
ix° die et capta est civitas circa
mediam noctem, et sederunt princi-
pes Babilonis in porta media.
Et fugit autem Sedechias cum omni
domo sua nocte et principes cum
eius cum eo per viam orti Regis
et ingressi sunt ad viam deserti.
Quod cum indicatum esset agminibus
traditoris vel reditis principibus
Babilonis persecuti sunt eum
diluculo et apprehenderunt eum in
campis solitudinis Iericontine.
Plures autem principum dispersi
sunt et recesserunt ab eo ipso

no cu reliquis vinctu trax[er]unt ad rege[m] Babilonis in Reblatha · Qui locutus est cu[m] eo iudiciu[m] dicens eu[m] ingratu[m] fuisse p[re]cepti a beo impii et contra iuramentu[m] hostiliter egisse · et adiecit maledicta asse in deu[m] · et addidit maximis dentibus tua nequitia · omnis deus tradidit te · ·et Sarayam sumu[m] sacerdote[m] · tunc filium Josedech reservat · occidit q[uo]q[ue] eunuchu[m] · qui erat super viros bellatores · et zophar principu[m] exercitus · qui probabat tirones et q[ui]nq[ue] viros de his qui steterat cora[m] rege · et tres de ianitoribus templi · et sex viros probatos de vulgo vel lx in Jeremia / Oculos vero Sedechie effodit et chathenis vinxit eum ut adduceret in Babilone[m] · et tunc eo Josedech · et reduceret qui duceret eos in Reblatha ad exercitum in Jerl[m]

Decaptione Sedechie

De incendio templi et urbis et Godolia

T[an]gitur in xi° anno Sedechie mense · v° · decima die mensis ipse est annus decimusnonus Nabuchodonosor regis Babilonis Nabuzardan incendit domu[m] domini et domu[m] regis · et omnes domos Jerl[m] et totu[m] muru[m] Jerl[m] per circuitu[m] destruxit et tulit o[mn]ia vasa domus domini et colu[m]pnas duas et mare eneu[m] · et ligavit populu[m] · ut adduceret eu[m] in Babilonem · et isti sunt dicti captivitas iude · et tulit Jeremia[m] de vestibulo carceris · de quo mandatu[m] acceperat Nabuzardan in hunc modum Tolle illu[m] · et pone super eu[m] oculos tuos · et ut voluerit facies ei · et prefecit terre Godolia[m] filiu[m] Ahicham · ut preesse pauperibus terre qui relicti erat · et agricolis et vinitoribus ut redderet singulis annis vectigalia regi Babilonis Dedit autem Nabuzardan eu[m]

Decaptivitate iudeorum

Nabuzardan liberavit Jeremiam

Rama et ducebant ante eu[m] cathenati · et tollens de medio eorum Jeremia[m] · dixit Ad eum veni mecu[m] in Babilone[m] et honorabo te · et si displicet tibi recede / omnis terra in conspectu tuo est et habita apud Godolia[m] et quocunq[ue] volueris vade · et tradidit ei Nabuzardan cibaria et munuscula et dimisit eu[m] · Silo et cetera habitans · libros abire p[er]misit · Sedit itaq[ue] Jeremias et Baruch Nothinus cius in medio populi qui relictus fuerat Nabuzardan vero abiit in Babilone[m] trahens secu[m] captivitate[m] / hic finit textus / et regnatu[m] regu[m] Hebreorum / et regnatu[m] est secundum Josephum in eo annis · · · et xx · mensibus vi et diebus x · Secundum libru[m] regu[m] vero non plene quingentis et fuerunt in eo Reges a Saule usque ad · xx · et unus · A edificatione vero templi · fluxerunt anni · · · et lxx · et decem menses vi et dies decem Ab egressu aut[em] populi de Egypto · et Ab orbe condito anni mille · et dies · · · vii et menses vi et dies et templum fuerat aut[em] in templo · · · successione qui de Sadoch sacerdotes a primo Sadoch usq[ue] q[uem] instituit Salomon usq[ue] ad Josedech · q[uem] interfecit Rex Babilonis

De morte Sedechie

Porro Nabuch · cu[m] intrasset Babilone[m] cu[m] triumpho immolat victimas solemnes et solemnizavit cu[m] diis suis · et solemnis diebus cu[m] omni populo ex diebus precepit reculabent exhilarati · precepit Rex ut adduceretur Sedechias in mediu[m] · et aliqui de

cantoribus templi cum eo
qui psallerent coram con-
uiuantibus in musicis In-
strumentis et canerent ympnos
de canticis Syon. Bibebant
autem uinum In uasis domus
domini quorum quedam Nabuch
consecrauit ydolis quedam
uero sibi reseruauit Cumque da-
rent psallentibus potum clau-
sulo precepit Rex ut duceretur
Sedechias potius excecatus
et coram omnibus ignominiose
excecatus est et iterum reduceretur
in carcerem Ex nimio affli-
ctus dolore post paucos dies
mortuus est et audiens Nabuch
tam mortis eius cum thesauris cu-
dit Regio honore sepeli-
uit

Incidencia Exterminium regni

In diebus Sedechie factum
est exterminium regni Iude-
orum et exordium habuit quin-
ta etas. Cuius anno secundo
facta est solis defectio quod ta-
lesmilesius predixerat

Incidencia de romanis rege

In diebus captiuitatis tercia-
norum uiii rex Seruius No-
bilis captiue filius qui tres
montes urbi addidit quirina-
lem viminalem Esquilinum et fos-
sas circa muros duxit. re-
gnauit. Romanorum ciuium primus insti-
tuit. tandem occisus est a tar-
quinio superbo prisci tarquinii
filio Eodem tempore apud gre-
cos vii sapientes sunt appellati

Determinatio contrarietatum

In hoc loco digimus duximus
interponere contrarietates
decollationis annorum Regum
Iuda et Regum et regum Israel
et determinationes earum que nobis
occurrerunt ibi ut tandem
historia expeditius prosequamur

In libro regum emergunt con-
trarietates decollationum annorum
regum Iuda et regum Israel que
quidem determinari possunt si bene no-
uo inueniuntur deuinlatio uiciis
scriptorum credimus hec accidisse
qui in prius nominibus et numeris
et sepe falluntur Roboam et Ieto- ad ∂ a.l. 18m

boam primi congregauerunt annis ... mo vii

xvii alter in Iuda alter in Israel
post roboam cepit regnare filius
eius Abia in Ierusalem in xviii°
Ieroboam Cum xx duobus annis
regnauit in Israel et conregnauit
Abija Ieroboam tribus annis quod
Smodochite dictum est quod est duobus
annis et aliqua parte tercii qui
erat xxi Ieroboam et in reliqua
parte eiusdem anni cepit regnare
Aza filius Abija et xli et uno
anno regnauit in Ierusalem Anno ad ∂ a.l.s. 18m aza
secundo Aza regnauit in Israel
Nadab filius Ieroboam duobus
annis id est uno anno et aliqua
parte anni secundi qui adhuc ad Nadab xx° In quo incepit regnare
erat tercius Aza et occidit eum
Baaza et cepit eum regnare in
Israel pro eo anno tercio Aza et
regnauit xx iiii° annis non
completis Cuius regnauit
usque ad xxvi uii Aza sed non
regnauit nisi usque ad xxvi scriptu-
Hela itaque filius Baaza in Israel
anno xx° secundo Aza et duobus
annis regnauit id est uno anno et
aliqua parte anni secundi qui erat
xxvii Aza et in hoc eodem anno
Zamri interfecit Hela et regnauit
pro eo vii diebus id est eius mortuo
diuisus est populus pars quedam
sequebatur Thebni altera sequebatur
Amri et Thebni et preualuit Amri
et regnauit xii annis in Israel. hoc ad ∂ a. anno xx vii°
notandum est quod contencio de regno
inter Amri et Thebni durauit
per tres annos et ultra Cum ita sit
dicit scriptura quod Amri cepit
regnare xxx° i° anno regni Aza
Et cum mortuus Zamri statim

cepisset regnare anni tu electus
fuit ergo regnare cepisset xx
viij° anno dccl viij° regni
aza veritus postea dicit scriptura
Cum cepisset regnare in hoc anno
sue electionis · tu dicit filius
eius achab cepisse regnare x
xx viij° anno regni aza · Cum
viij annis regnauit anni j° aza ·
Et aza non nisi xl et uno anno
regnauit · plura est quod anni su-
peruixit aza paanni viij · Eius
ergo achab sucedens patri
incohauit regnare xxx viij° re-
gni aza · Quod sic solum potest
exponi quod scriptura dicat anni ce-
pisse regnare xxx j° anno regni
aza · Intelligens est quia tunc
solus et super totum israel mor-
tuo patre cepit regnare · Cum
autem dicat enim regnasse in an-
nis a xx viij° anno aza numerat
quando israel enim in regem elegit
Quod tempus extendit usque ad
xxxviij in anni regni aza
Quod achab regnare incohat
Quod sine sequentes scriptura re-
sonat · que narrat Iozaphath
filium aza regnare cepisse iiij°
anno regni achab · Ille fuit
ultimus aza xli · sed primus pa-
tri Iozaphath regnauit in ultimis
xx v annis · Cuius anno xvij
ochosias filius achab cepit re-
gnare in israel · Et duobus annis
regnauit · hunc quia filium non
habuit · frater eius Ioram succes-
sit in regnum et cepit regnare
Ioram in israel anno secundo
Ioram filii Iosaphath · Sed
queritur si anno xviij° Iosaph-
ath qui xxv annis regnauit
ochosias cepit regnare · et duo-
bus tamen annis regnauit · quod
Ioram frater eius anno secundo
Ioram filii Iosaphath · et
non potius decimo viij° vel de-
cimo nono anno Iosaphath

regnare cepisset cepit re-
gnare ea statim in sequentibus
subiungit scriptura · quod Iosaphath
anno decimo anno Iosaphath
Ioram filius achab rex
per quatuor annos solum post
duos annos quibus filius
in columnis antequam pater
collocis domus sue coniunxit
regnauit · Vel qui eius
octo vel ix · quibus eos Iora
quarente frater eius Iora
administrationem regni age-
bat · non sibi · sed fratri
deputantur · Sed hic viij
decimo anno regni Iosa-
phath regnasse scribitur
Iora eius tunc regni ad-
ministrationem pro fratre qui
languebat suscepit · Sed
plura vero que dicit · quod
Iora filius achab · anno
secundo Iora filii Iosaphath
regnauerit · Primus qui post fratre
eius defuncto · Iam fratre
regnare cepit attendit et
diuisores sane scriptis pre-
phetam collectus est archa-
tus libri Regum · Unde est
quod alius · aliud · et alius
aliud secundum rationum diuer-
sitate · Inicium incohationis ·
Regni tam Regum Iuda · quod
israel assignauit Ioram
dicte filius achab super israel
Illa Regis scriptura · que
post eum dicit · quod anno ve-
Iora filii achab regis israel
regnauit Ioram filius Io-
saphath Regis iuda · Ipse
attendit · quod pro fratre admi-
nistrauit uniuersa regnum Iora fi-
strate cepit Ioram
eius Iosaphath xxv regni
annorum licet tunc re
cepisset · et viij° annis re-
gnauit in ultimo anno viij regnauit
tum filii achab regnauit

Ochosias filius Iora regis
Iuda viginti duorum annorum
erat cum regnare cepisset. et uno
anno regnauit in ierusalem. Quidam
mendose tradiderunt Ioram
filium Iosaphat xx et duorum
annorum fuisse tamen cum regnare
cepisset. Quod stare non po-
test. Si enim xxii duorum anno-
rum tantum erat et octo annis
tantum regnauit ergo tricenarius
erat cum mortuus est. sed filius
eius ei succedens iam xxii duorum
annorum erat. ergo genuit eum ge-
nuit Iora viii annorum etate
quod est impossibile. Tamen hebrei
tradunt Ioram filium Iosaphat
xx annis regnasse et vel duo-
bus vixisse. Quod videtur
consonare illi libro que dicit
eum xxx duorum esse cum regnare
cepisset. sed cum dicat solos
viii annos quibus innocenter
vixit antequam fratres suos
occidisset illi in regnum
computatos a scriptura. Mortuo
ochosia mater eius athalia
vi annis regnauit in ierusalem
eisdem sex annis conregnauit
Iehu qui xxviii regnauit
in israel. Anno vii Iehu ce-
pit regnare in ierusalem Ioas
et xl annis regnauit. Regna-
uerunt ergo pariter Ioas in Iuda
et Iehu in israel xx et duobus
annis quibus finitis mortuus
est Iehu et successit ei in
regnum Ioachaz filius eius
incohans regnare anno xxiii
Ioas regis Iuda. Ioachaz
et xvii annis regnauit in israel
Sed si anno xxiii Ioas Io-
chaz cepit regnare et annis
xvii regnauit cum Ioas xl
annis regnauit palam
est quod usque ad xxxviiii vel po-
tius xl annum eius Ioa-
chaz regnauit. Secundum ergo
statim in sequentia dicit scriptura
quod Ioas filius Ioachaz
anno xxxvii Ioas regis

Iuda regnare cepit. Et forte ter-
tio vivente patre simul cum patre
regnauit. Et forte scriptorum ne-
gligentia. que in numeris sepe errat
hanc difficultatem peperit. Anno
secundo Ioas regis israel regna-
uit amasias in ierusalem xxix annis
annum xl Ioas quo amasias re-
gnare cepit mutatur ex quo solus
defuncto patre regnauit. Vixit
autem amasias rex Iuda post-
quam mortuus est Ioas rex israel
xv annis et hic oritur questio
supra dicta. Est quod amasias anno
secundo Ioas regis israel regnare
incohans xxix annis. Ioas autem
xvi annis regnauit. xv itaque an-
nis simul regnauerunt. Mortuo itaque
Ioas soli xiiii anni superfuerunt
amasie. Vel ad plus xv. Vel forte
errauit scriptor ponens xxix pro
xiiii. Vel forte amasias vivens
desiit regnare et xv vel xvi annis
vixit diutius quam regnauit. Por-
ro anno xv° amasie regnat
in israel Ieroboam xl et uno anno
Simul itaque regnauerunt amasias
in Iuda et Ieroboam in israel. Ad plus
xv annis. Et mortuus est iste. quod se-
quens scriptura dicit. quia xx-
vii anno Ieroboam regnauit O-
zias filius amazie in ierusalem.
Et forte xv annis Iuda sine
rege fuit. quia ut diximus
amasias regnum vivens dimisit
et ozias adhuc paruulus re-
gnare non poterat. Mortuo vero
patre. cum xvi esset annorum et
Ieroboam in israel xxvii anno
regni sui incohasset regnare
non poterat cepit in ierusalem et lii
annis regnauit. Quarto vero anno
xxxviii° vero ozie regis inde re-
gnauit zacharias filius Ierobo-
am in israel vi mensibus. et oritur
questio supra dicta est. quod anno
xxviii° Ieroboam in israel cum
xl et uno anno regnauit O-
zias regnare cepit et l duobus
annis regnauit. xiiii ita annis
pariter regnauerunt Ozias et Ierobo-

[illegible]

am Cum Ieroboam post xl et
vnum annum defunctus . si statim
Zacharias filius eius in regnum
successit . non in xxx° viii° . sed in
lxx° . anno regni ozie regnare
cepit . aut igitur regnum israel
xx iii bus annis sine rege fuit
vel potius pro istis xx iii annos
Zacharias filius Ieroboam
regnauit . Eorum tamen illi qui pos-
sime uixit in regnum non sunt com-
putati Soli aut vi . sex mensibus
quos correctus uixit . in xxx
viii° anno ozie illi sunt compu-
tati . In xxxix° aut uel anno ozie
sellum . occiso zacharia regnauit
in israel vno mense . Eodem anno
manahen occidit sellum et regna-
uit in israel duobus annis . Anno l°
ii° ozie phacee filius Rome-
lie phaceia interfecit et regnauit
in israel xx annis . Anno 2° pha-
cee regnauit Ioatham in iherusalem
et xvi annis regnauit xx . quo
annis adiungens simul regnauerunt
Ioatham in Iuda et phacee in
israel . et annus qui fuit vltimus
Ioatham fuit phacee xviii
Et ita phacee regnauit post Io-
atham . tribus annis in quibus
conregnauit ei acham filius Io-
atham . Quod ergo legitur . quod
osee interfecit phacee et regnauit
pro eo xx° anno Ioatham fi-
lii ozie . Ex illo tempore regum Io-
atham scriptura inchoat . quo pater
leproso conregnauit . ubi uite
legitur quod anno secundo phacee
regnum . et quod xvi annis regna-
uit . ab illo tempore inchoat . quo
fuit solus mortuo patre Reg-
porro iiii anno acham osee re-
gnauit in israel x annis . Ergo
phacee et acham tribus tamen
annis conregnauerunt . ut dictum
est . tunc anno iiii° acham
occisus est phacee et si osee oc-
cisor eius non regnauit pro eo
usque ~~ad iiii annum~~ ad xii^m an-
num acham tunc Regnum

israel fuit viii annis sine re-
ge . Itaque predicte contrarieta-
tes . et alie si quas premisi-
mus . estimari possunt . vel per
sinodochem . vel quia quidam
cum patribus regnauerunt . ante
quam soli regnarent vel quia
quandoque regna sine rege fuerunt

Hystoria de tobia

Hystoria tobye exordium
habuit in captiuitate
quam fecit salma-
nasar . Quo uero tempore termina-
bitur non satis elucet . uide-
tur enim secundum ordinem hysto-
rie thobias uixisse post ter-
tium aduentum et incendium tem-
pli . ait enim in canticis suis
Iherusalem ciuitas dei castigauit
te dominus . Benedic deum seculorum
ut reedificet in te thabernacu-
lum suum et reuocet ad te om-
nes captiuos . In diebus autem
mortis autem sue cum precepit
filiis suis de reditu captiuorum . ait
~~Hierosolimis autem~~ et domus
terra deserta replebitur . et domus
dei que in ea incensa est . iterum
reedificabitur . Si non ~~...~~ Thabie
attendamus tamen uite hystorie . qui
fuit enim tamen hystorie . non inuenitur
fuit ei terminus uite hystoria
Inuenimus descendisse hystoria pro-
amplius ultra tempora Iosie . Et
namque cum filius eius Ezechie
captiuatus xxx° anno regnante
et auunculum esse . cum xxx
annis . tamen inuenerit certa xx
annis . mortuus est de
anno Iosie . Ieronimus . Hec
hystoria transtulit in latinum
sermone caldeorum . et eliodori
hepticcam cronicam et hystoria
Episcoporum hanc hystoriam petro-
uidebit inter apocrifa ponit . inter-
ea in prologo suo dicit quod
agiographa . quod si esset
tunc esset in tercio ordine
canonicis ueteris instrumenti

et ubi supra
... primo

Sed quia de nullo ordine est dictum, quia vero diffusius accepit Agiographa a posita, et quia minus est lingua Caldeorum Hebraicis sermoni, utriusque lingue peritum loquacem quesivi Hebreo; quidquid ille Hebreis verbis expressit, Latino sermone exposui sub brevi et quasi unius diei labore.

Excecatio Thobie et de furtu Sare filie Raguel

Porro Thobias ex tribu Neptalim fuit. Cumque ceteri adorarent vitulos aureos quos fecerat Jeroboam, iste ipse ascendebat in Jerusalem ut adoraret Deum Israel, primitiva et decimas fideliter offerebat, ita ut tertio anno proselytis et advenis omnem ministraret decimationem, et cum omnibus legem Dei principaliter observabat. Cum factus autem vir accepit sibi uxorem Annam de tribu sua et suscepit ex ea filium nomine suo vocavit Thobiam. Captivus ductus cum uxore et filio habitavit in Ninive et custodivit animam suam ne contaminaretur in cibis gentilium, sed contribules suos ne contaminarentur se frequenter arguebat. Et dedit illi Deus gratiam in oculis Salmanassar regis, et dedit ei potestatem quocumque vellet ad captivos ire et ita eos facere. Quotiens nolinsset, cumque deambularet per regionem et captivis dans monita salutis devenit in Rages civitatem Medorum et invenit in ea quendam contribulem suum Gabelum egentem, et reliquit ei sub chirographo x talenta argenti que habebat in bonis in quibus a rege fuerat honoratus. Mortuo autem Salmanassar, cum filius eius Sennacherib filios Israel haberet exosos, Tobias consolabatur eos et egenis ministrabat.

Cumque reversus esset Sennacherib a Judea fugiens manum Dei, iratus multos Hebreorum fecit occidi. Quorum corpora Thobias sepeliebat. Quod cum nunciatum esset regi, tulit omnem substantiam eius et eum iussit occidi. Thobias vero cum uxore et filio fugiens latuit, quia multi diligebant eum. Post xlv dies cum esset occisus rex a filiis suis, redit Thobias in domum suam, et restituta sunt ei ablata. Porro in quodam die festo cum paratum esset prandium, dixit Thobias filio suo: Vade et adduc alios de tribu nostra timentes Deum, ut comedant nobiscum. Qui reversus nunciavit unum ex Hebreis iugulatum iacere in platea. Et exiliens Tobias relinquens tulit occulte corpus in domum suam, et prius comedit panem in luctu et tremore. Et cum sol occubuisset ~~sed~~ sepelivit id. Et arguebant eum proximi sui dicentes: Huius rei causa interfici iussus es, et iterum sepelis mortuos. Sed Thobias magis timens Deum quam regem, sepulture occisorum sollicitus instabat. Contigit autem ut quadam die fatigatus a sepultura rediens domum iactaret se iuxta parietem et obdormivit, et ex nido hirundinum calida stercora super oculos eius inciderent, et factus est cecus. Hoc autem promisit Deus fieri ad eius probationem et ad exemplum patientie in posterum ita et in omnibus benedixit Deum, sicut beatus Job. Nam et proximi sui insultantes ei increpabant dicentes. Nolite ita loqui: filii enim sanctorum sumus, et vitam illam expectamus quam Deus daturus est fidelibus suis. Anna vero uxor eius ibat ad textrinum opus quotidie, et de labore manuum suarum quod consequi poterat deferebat. Ipsa

ctum. Est autem ut edum ancil-
piens detulisset domi. cuius ba-
latum cum audiens ait Videte
ne furtivus sit. Ad hec uxor
rendit. Manifeste vana facta e
spes tua. et elemosine tue
paruerunt. Et ingemuit Tobias
cum lacrimis dicens. et nunc do-
mine secundum voluntatem tuam fac mecum.
et precipe in pace recipi spiritum me-
um. Expedit enim michi magis
mori quam vivere. Eadem contigit
die ut Sara filia Raguel in
civitate medorum audiret impro-
perium ab una ancillarum suarum.
que increpabat dicentem sibi Inter-
fectrix virorum ~~suorum~~ tuorum.
Numquid occidere me vis. sicut
occidisti vii viros. Et demon i. no-
mine asmodeus occidebat eos
mox ut ingressi fuerant ad eam.
Ascendit ergo Sara in superius
cubiculum domus sue et tribus
diebus et tribus noctibus non
manducavit ~~nec bibit~~ nec bibit
in oratione persistens aiebat. Pre-
cor domine deus patrum nostrorum
ut de vinculo improperii huius ab-
solvas me aut certe desuper
terra eripias me. In illo tempore
exaudite sunt preces amborum
in conspectu dei. et missus est
angelus Raphael ut curaret
ambos. Igitur cum Thobias pu-
taret se exauditum. ut moreretur
ait ad filium suum. Audi fili mi
verba mea et ea in corde tuo
quasi fundamenta construe.
Cum inbriat spoliatus me et ho-
norem habebis matris tue cum
vixerit. Mortua vero me sepe-
lias eam. semper in mente habeto
deum fili mi. et sua mandata
eius. De substantia tua fac ele-
mosinas. quia elemosina ab omni
peccato liberat et magna prestat
fiducia coram deo omnibus facienti-
bus eam. Attende tibi fili mi ab

omni fornicatione. et a superbia
a qua sumpsit initium omne
peccatum. Consilium a sapiente
perquire. a peccatoribus declina.
Mercedem mercennarii non ma-
neat apud te. Noli timere
fili. quia pauperem vitam gerimus
sed multa bona habebis.
si timueris deum. Insuper quia
dedi Gabelo x talenta argenti
in Rages. cuius cirographum
penes me habeo. perquire ergo
tibi fidelem virum. qui tecum
eat. salva mercede sua. ut
restituas Gabelo cirographum
suum. et ipse restituet tibi
pecuniam. Tunc egressus Thobias
invenit iuvenem splendidum et quasi
accinctum paratum. ignorans quod angelus
dei esset. Cumque ab eo quesisset
ab eo. si viam que in regionem me-
dorum novisset. et Rages civitatem.
et Gabelum habitantem in ea. in-
troduxit eum ad patrem suum.
et salutavit eum iuvenis.
dicens. Gaudium sit tibi semper.
Cui Thobias. Quale gaudium erit
michi. qui lumen celi non vi-
deo. Cui iuvenis. Forti animo
esto. In proximo est a deo ut
cureris. Et ait Thobias.
poteris perducere filium meum
ad Gabelum. Et ille. Ego ducam
eum. et reducam ad te. Cumque
quereret Thobias ab eo tribum
eius. et ~~domum~~ domum et nomen.
R. Ex filiis Israel. Ego sum filius
Azarias Ananie magni filius.
quos totum communem inter peccatores
nomen erat nomen. erat enim
angelis videntibus deum. et
erat Azarias i. adiutor et filius
Ananie i. gloria dei. Tunc preparatis
omnibus. que erant opus in
via. ambulaverunt ambo simul.
et canis secutus est eos. Ma-
ter autem flebat dicens. Baculum senectutis no-
stre tulisti. numquam esset pecu-
nia illa. pro qua misisti
eum. Sufficiebat nobis paupertas

tas mea. ut dimiciaas computare
mus. quem uidebamus filium nostrum
Et ait Thobias Noli flere. fi-
lius meus saluus reuertetur ad
nos. crede enim quod angelus dei
bonus committetur tibi cum ipso
Illi duo. prima mansione ma-
serunt iuxta fluuium Tigrim
Et exiuit Thobias ut laua-
ret pedes suos. et piscis imma-
nis egrediebatur ut deuoraret
eum Et timens Thobias cla-
mauit dicens domine domine in-
uadit in me. Et ait angelus
apprehende branchiam eius et trahe
eum ad te et extraxit eum in
sicco. et palpitabat ante pedes
eius. Super hunc locum dicit
beda. quod dum primus in aqua
lauaret pedes suos. qui am-
bulabant super terram. aduer-
sarius diabolus quesiuit si quid pec-
cati inueniret in eo Unde
pater Transfer calicem hunc
a me. Tunc dixit angelus
ad tobiam exentera piscem
hunc. et cor eius et fel. et
iecur. repone tibi. valent enim
ad medicamenta. Tunc tobias
partem piscis assauit et come-
derunt partem salsam secum
tulit. Cumque simul pergerent
ait Thobias Azaria scitur quod
remedium habent que de pisce
seruare dixisti Cui Respondit particula
cordis super prunas posita fu-
mo suo extricat omne genus
demonum a uiro uel a muliere
Nec super hoc iuuari debet
cum fumus cuiusdam arboris
adueste. eandem uim prohibere
habet Cumque quesisset Tobi-
as ubi manent nocte illa
Respondit angelus Est hic Raguel
propinquus tuus. habens filiam
unicam. que debetur tibi cum
omni substantia eius. Et ait Thobias
Audio quia tradita est uiris
vii et occisi sunt a demone
Et Respondit angelus Noli timere
Super petulantes deum non
timentes potestatem demonii habet
Tu autem cum acceperis eam. tribus
diebus commede continebis ab ea
et de nocte uacabitis ambo ora-
tionibus. Prima nocte incenso iecore
piscis partibus uectis fugabitur
demonium Secunda nocte in co-
pulacione sanctorum patriarcharum ad-
mitteris .i. orabitis deum ut in prin-
cipium sanctitatis et pudicitie admittat
nos Tercia nocte benedictionem
consequeris. ut filii ex uobis pro-
creentur sani et incolumes. Hanc
benedictionem prestabit uel sacerdos. uel
aliquis maior inter eos uicem
sacerdotis gerens Quarta nocte
accipias eam cum timore dei. amore
filiorum magis quam libidine ductus.
ut in semine abrahe benedictionem
in filiis consequaris Tandem
ingressi sunt ad Raguelem Cumque
dicet Raguel uxori sue Anna
simillimum esse iuuenem hunc tobie
consobrino suo. dixit ad eum
angelus hic est filius illius. et
letatus est. Raguel et instaurat
conuiuium Tunc ait tobias Non
manducabo neque bibam. nisi prius
petitionem meam confirmes. et promit-
tas michi dare Saram filiam tuam
Quo audito expauit Raguel.
et hesitanti de responso dixit ei an-
gelus Noli timere dare eam sibi co-
niugem. hunc enim debetur. et propterea
alius non potuit habere eam Tunc
ait Raguel Credo quod a deo re-
misit et quod exaudiuit deus preces
et lacrimas meas. ut coniungeret
filia mea cognationi sue secundum
legem moysi. et apprehendens deus
pater filie dexteram. tradidit
eam dextre tobie dicens. deus
patrum nostrorum sit uobiscum. et
coniungat uos. et impleat bene-
dictionem suam in uobis. et fecerunt
conscriptionem coniugii. et commede-
runt benedicentes deum. Post cenam
uero introduxerunt iuuenem

in cubiculum virginis. et protulit
tobias de cassidili suo partem iecoris
et posuit super prunas. Tunc
raphael apprehendit demonium. et
religavit in deserto superioris
egypti. Tunc Tobias ait ad vir-
ginem Sara. deprecemur deum hodie
et cras et secundo cras. quia his enim tribus
noctibus iungimur deo. Quarta no-
cte cum in nostro erimus coniugio. filii
enim sanctorum sumus. Nec possumus
ita coniungi. sicut et gentes que igno-
rant deum. et orabant ambo simul
dicentes Miserere nobis domine
deus patrum nostrorum. miserere nobis
et consenescamus ambo pariter
sani. Porro circa pullorum cantum
accersit Raguel parari sepul-
crum. ut sepeliret eum priusquam illu-
cesceret. et misit unam de ancillis
ad videndum si iam obiisset. Que re-
versa invenit eos incolumes
esse. et secum pariter dormientes. et lau-
daverunt omnes deum. et repleverunt
servi foveam quam fecerant. priusquam
illucesceret. et fecerunt solemne
convivium omnibus vicinis et amicis
suis. et adiuravit Raguel tobia-
um duas ebdomadas maneret apud
eum et dedit ei mediam partem omnium que
possidebat. et faciens scripturam
ut reliqua pars que superesset
post obitum suum deveniret ad to-
biam. Tunc ait Thobias ad an-
gelum. quem estimabat hominem
Azaria frater nosti quod [illegible] sit mora
nostra parentibus meis. obsecro ut va-
das ad gabelum et reddas ei chi-
rographum suum. et recipies ab eo
pecuniam. et monebis eum venire
ad nuptias. Tunc assumens Ra-
phael quatuor de servis Ragu-
elis. et duos camelos venit ad
gabelum. et recepta pecunia duxit
eum secum ad nuptias. et ingressus
gabelus invenit eos discumben-
tes. et benedixit eos etc. Cumque
omnes dixissent amen. Cum tamen
domum nuptiarum convivium exer-
cebat. Porro cum Thobias moram
faceret causa nuptiarum sollicitatus

erat pro eo pater eius quod ad
diem destinatum non redierat
Mater non lacrimis irremedia-
bilibus deflebat dicens Heu heu
me fili mi. ut quid te misimus
peregrinari. lumen oculorum
nostrorum. Baculum nostre
senectutis. Pater autem eius con-
solabatur eam. Raguel dicebat
ad generum suum. Mane hic. et
ego mittam nuncium salutis tue
ad patrem tuum. Cumque ille non
acquiesceret tradidit ei Saram
et dimidium substancie sue in pue-
ris in puellis in pecudibus
in camelis in vaccis et in pe-
cunia multa. parentes eos mo-
nuerunt filiam suam honorare
soceros. diligere maritum. regere
familiam. gubernare domum.
seipsam irreprehensibilem exhibere.
Cumque reverterentur pervenerunt
ad Carram. que est in medio
itinere. et ait angelus ad to-
biam. precedamus nos duo. et sequatur
nos lento gradu uxor tua
et familia tua cum animalibus. et
tolle tecum de felle piscis et
linias eo oculos patris
tui et recipiet visum. Porro
Anna sedebat secus viam
cottidie in supercilio montis
unde respicere poterat de lo-
ginquo. et cognoscens a lon-
ge filium venientem. cucurrit
centesim
me recto
indeutia
firmauit
pulse esse
stat nam
met zm p
veniente
S
Equ
alis
mele. se
notat i p
& hec Ca
Factu est
et darius
iat rto fe
Baltha
quinin op
omni mult
tent nas
rat Na
templo d
cis Re &
rex et tot
dabant d
dose. sole
lume mist
orbis & f
ep balth
l.xv. ann
qntas pd
visse. et
libeati a
consultabat
agebat.
septuagena
sed septim
in dan ho
en mang
Cum q

iuda machabeo. p[er]sum[m]ensiones
diei. et noctis fluxerit v[ide]l[icet] anni
menses tres et dies xx^ti et inun-
dabatur solutum similiter que
erat daniel intelligentia. Et
in Gabriel venit ad eum
et indicauit ei per singula in
sones sanctos ut ait Iose-
phus deprehendit errores epi-
curreorum. qui dicunt mundum
sine rectore et sine dei pro-
uidentia casu regi sorti co-
firmauit quia si mundus sine
p[ro]uisore esset olim depisset
sicut nauis desolata rectore
mox commutas omnia pro-
uenient Quinta visio xx

Sequitur visio danie-
lis. que quinta est in da-
niele. sed et rete scripta ca-
notat in prologo habatuc
et hec caldaice scripta est
factum est autem ut cyrus
et darius obsiderent baltha-
sar ~~in~~ ~~fecit~~ in babilone.
Balthasar rex fecit grande
conuiuium optimatibus suis.
omni mille et fecit ut affer-
rentur vasa. que apportaue-
rat Nabuchodonosor patris eius de
templo domini et bibebat in
eis Rex et optimates et uxo-
res et concubine eius et lau-
dabant deos suos. Secundum
Iosephum. solemnitas erat in babi-
lone instituta ob tuitionem
urbis. et fabulantur hebrei
quod balthasar intellexerat
lxx annos captiuitatis
quos predicat Ieremias pre-
teriisse. et tamen hebrei non erant
liberati aucta dumtaxat sua vi-
ta. exultabat et deos suos gratias
agebat. Hanc illa animos
septuagena modum fluxerat
sed septima decas iam tacebat
In eadem hora apparuerunt quasi
digiti manus scribentis in pariete
Cumque Rex vidisset et ma-

num et scripturam. mutus est. ut
astantes viderent manum scri-
bentem quam viderunt praeterea
manus euanuit. tunc turbatus est
rex. et genua eius ad se inuicem
collidebantur. et exclamauit
fortiter ut introducerent magos
caldeorum et ait ad illos. Qui le-
gerit scripturam hanc et interpretationem
eius. purpura vestietur. torquem
habebit auream in collo. et tertius
erit a regno meo. i[d est] primus erit tunc
principatum. qui praesunt satra-
pis. Illi autem non potuerunt scri-
pturam legere. et ingressa est regi-
na non uxor eius porphirium. sed
ama eius. Iosephus vel mater eius bre-
gine et ait ad regem. Est uir in
regno tuo. qui spiritum deorum habet
quem pater tuus. Nabuchodonosor principem
magorum instituit. hic uocetur et
omnia dicet tibi. Cumque intras-
set Daniel promisit ei Rex
munera que et super Respondit. munera
tua sint tibi. uel alteri da. scri-
pturam autem legam tibi Rex. et ex-
pona Nosti quia deus excelsus
dederat regnum patri tuo. et non
cognouit. postea ferum ut bos co-
medit. donec cognosceret quod
sit sicut. Contra aduersus deum ce-
li eleuatus es et vasa eius prophana-
nasti. tradens ea manibus immunde
et bibens in eis eius deos sanda-
sti. qui nec uident nec sentiunt
deum vero qui flatum tuum in manu
sua habet non glorificasti. postea ista
terra te creatura sunt. Mane.
thechel phares. quod sonat non
appensio diuisio. et est sensus
numerauit regnum tuum. compleuit
illud. et est dictum per similitudinem
que numerata tollitur. et absconditur
appensus es in statera et inuentus
es minus habens. i[d est] iusto dei iudicio
minus inuentus quam putabas. diuisum
est regnum tuum. et datum est medis
et persis. vel fractum est regnum
tuum. Nam phares fragmentum

significat. et tradidit Rex inimica
danieli, qui promiserat eadem
nocte capta est babilon. Ita Cyrus
diuiserat Eufraten longe a ciui-
tate per plures riuos ut alueum
qui fluebat in ciuitate uadabilem
faceret. et per ipsum ingressi sunt ho-
stes in ciuitate. sub muros et inter-
fectus est Balthazar et successit
ei darius in regnum annos habens
lx duos. Illam Cyrus tanquam ma-
iori in omnibus deferebat. Eadem
aut nocte in qua domus per capta sit ciui-
tas apparet in ysaia. qui lo-
quens ad Balthazar ait Pone
mensam contemplare in specula
comedentes et bibentes surgite
principes arripite clipeos. Eadem
tradit quod interfectus Balthazar. pro
qua factus est ortus suspensilis
filia fuit darij. et cum Baltha-
zar filium non habebat. Consequen-
tat darius occupare regnum.

·a· vj visio

Cvj°. Sequitur vj visio daniel. Sporro darius sumens da-
nielem duxit eum secum in media
et erat daniel unus de tribus
Satrapis. qui preerat. Rex Eo
in daniele spiritus dei amplior
erat et cogitabat rex constitue-
re eum super omne regnum. Unde prin-
cipes inuidebant ei et querebant
occasionem accusandi eum ex latere
Regis i. propter quod erat ex latere
regis. Confabulantur hebrei quia
querebant occasionem in simonia-
catu multum. uel intuitu ad re-
gimina uel ad aliqua gubernacula
Regis. Nullam quam causam reperire
potuerunt eo quod fidelis esset. et super
thezauros erat ut dicit Ioseph
quia adeo iustus erat. ut munera
oblata respueret. et dixerunt
principes Non inueniemus occasio-
nem aduersus eum nisi in lege dei
sui et surripuerunt ei dicentes. Con-
silium inierunt cuncti principes regni
tui et satrape et iudices. quod

de horis orationis

quicumque petierit aliquid
a quocumque deo uel homine
usque ad dies xxx nisi a te
rex mittatur in lacum leonum
Nunc itaque confirma sententiam et
scribe decretum. et acquieuit rex.
Porro daniel ingressus est do-
mum suam et fenestris aper-
tis in cenaculo suo contra iherusalem
tribus temporibus in die flectens
genua orabat. Tribus horis
in die orabant iudei hora sci-
licet tertia sexta et nona sicut le-
gitur in actibus apostolorum quod tribus uici-
bus orabat in die et de petro
et de Iohanne quod ascendebat
ad horam orationis nonam. In tertia
orabant quia tunc est eis datus
decalogus in syna. In eadem
orat ecclesia. quia tunc est datus
spiritus super apostolos. In sexta
orabant. quia tunc est erectus
serpens eneus in deserto. In
eadem orat Ecclesia quia tunc est
Christus suspensus in ligno. In
nona bibebant quia tunc per-
cussit aqua in cades. In eadem
orat Ecclesia quia tunc de uulnere
lanceato fluxerunt sanguis
et aqua. Homines igitur inuenientes
uiri illi danielem orantem
accusauerunt eum ad regem et con-
de transgressione decreti. Et con-
tristatus rex posuit cor ut
liberaret eum laborans usque
ad occasum solis. Illi autem in-
telligentes intui dixerunt.
Scito quia lex medorum atque persarum
est ut decretum regis non li-
ceat immutari. Tunc miserunt
danielem in lacum leonum
et obsignauit rex anulo suo et
anulis optimatum. lapidem
qui prouamnis positus erat
et cenatus totam noctem
duxit in somnis. et diluculo
redijt ad lacum. et flens ex-
clamat daniel serue dei uiui
putas ne deus tuus liberare

te a leonibus. Capitulum vi. Deus
meus misit angelum suum
et conclusit ora leonum quia
non est inventa in me iniquitas
Forte quia vidit angelum
volabatur hoc propter visio et
eductus est daniel de lacu
in nullo lesus. et direxerunt
qui accusabant eum. Non
dei providentia hoc factum.
sed quia saturati erant leones
Tunc rex misit leonibus mit-
tas carnes dari. cibus quod saciate
accusatores danielis misit
in lacum. cum uxoribus. et filiis
et non pervenerunt usque ad
pavimentum. donec arriperent
eos leones et omnia ossa eorum
comminuerunt. Tunc misit
darius in universo regno suo
dicens paveat omnis dominum da-
nielem. Ipse est enim deus vivens
et eternus in secula. Et exortat
daniel per dies plurimos cuique
surrexisset. faciebat opera regis
Fecitque mausoleum mausoleum
in ecbatanis. quod arteficio mirabili
ut dicit Ieronimus. ita mirabile ut
ea die qua conspiciatur putetur
esse constructum. Ibi sepeliuntur
medorum reges et persarum. preter
et parthorum. et cui cura illius
committitur sacerdos est iudeorum

Octava visio
Capitulum ix°

Sequitur visio viii da-
nielis in anno primo da-
rii filii assueri qui et astrages
dictus est. qui subiugavit sibi
regnum chaldeorum. Ego daniel
intellexi in libris. Ieremie
ut complerentur id est ad complecionem
appropinquaret desolacionis
ierusalem anni lxx et oravi do-
minum in ieiuniis et sacco. et
cinere dicens. Iustus es domine
peccavimus iniquitatem fecimus
et adduxisti eam super nos
Avertatur obsecro ira tua

Capitulum ix°

civitate tua ierusalem et monte
sancto tuo ostende faciem tuam super
sanctuarium tuum. quod desertum
est. exaudi domine. placare domine
attende et fac. Ne moreris adhuc
me loquente ecce vir gabriel. teti-
git me in tempore sacrificii vespertini
et ait. Et ait. Ab exordio precum tuarum
egressa est forma liberacionis a deo
Ego autem veni ut indicarem eam
tibi. et etiam quedam alia. quia vir
desideriorum es tu. Tu ergo animadverte
animum impone et sermonem intellige
Tunc habuit ei liberacionem populi
eam futura per Christum forsan immediate
per quia orabat differt quia per
Alexandrum ea granditer ibi
dicat. De allegando ea granditer ibi
nali timore metue. Addit etiam
de destructione per Romanos lxx
hebdomadas abbreviate sunt super
populum tuum. et super urbem tuam sanc-
tam. ut consummetur prevaricatio et
finem accipiat peccatum. et deleatur
iniquitas. et adducatur iusticia sem-
piterna et impleatur visio et prophetias
et ungatur sanctus sanctorum. Scito
ergo et animadverte ab exitu sermo-
nis. ut iterum edificetur ierusalem
usque ad Christum ducem hebdomadas
vii. et hebdomadas lxii erunt
hiis verbis Christi incarnationem
designat angelus qui legem et
prophetas implevit peccata tulit et
iusticiam adduxit. et unctus est oleo
leticie pre consortibus suis. et possunt
hebdomadas non dierum sed annorum
hebdomadas ut vii anni sunt hebdomadas
una abbreviatas vero dicit ut intel-
ligamus annos lunares. qui bre-
viores sunt solaribus xi diebus
lxx ergo hebdomadas annos so-
lares faciunt annos cccclxx v.
lunarium vero annos faciunt cccc xc
Est ergo sensus quod ab exitu ser-
monis. ut reedificetur ierusalem usque
ad ducem Christum fluxerunt anni
lunares cccc xc. Cepit ergo deda-
nare a xx° anno regni artaxer-
sis in quo Neemias pincerna
eius impetravit ab eo ut resti

q[uere] in folio sequenti

Christi incarnatio tangitur

in quo pas- / sus est christus

tuerent muri ierlm; et restituit eos
in multa angustia ab ea in qua
licentia a rege accepta usque ad com-
passionem fluxerunt anni [illegible]
tur xc et hanc summam annorum
computat secundum annos regum qui
descenderunt usque ad octavum decimum
annum Tiberii cesaris et statim
mediam interseruit daniel de re-
edificatione scilicet per [illegible] dicens
et rursus edificabitur platea et
muri in angustia temporum de lxx
ebdomadibus separavit daniel
ultimam dicens confirmabit autem
pactum multis ebdomada una quod
intelligendum est de annis tribus et

de christo intelligitur

dimidio quibus predicavit christus
et quod patribus promiserat con-
firmavit. Ita iam tres anni et dimi-
dius huius ebdomadis novissime
preterierant quando baptizatus est dominus
et in dimidio eiusdem ebdomadis
residuo circa fine deficiet hostia et
sacrificium i. veniente veritate cessa-
bunt umbre. et in templo erit
abhominatio desolationis i. ab-
hominanda et desolata erunt sa-

Et consumatio sacri- / ficiorum apud iudeos

crificia post mortem christi et usque ad
finem mundi durabit hec desola-
tio. uero in littera ponit daniel
tempus christi dicens. et post eb-
domadas lxij as sub aliud et vij.
et novissima quam in duas partes
divisimus occidetur christus et non
erit eius populus qui eum negatu-
rus est dixerunt enim non habe-
mus regem nisi cesarem. Et alibi hunc
nescimus unde sit. Et quod non
sequitur et civitatem et sanctuarium
dissipabit populus ad lxx ebdomadas
non pertinet sed protelato tempore
adventus christi et mortis prophetavit
quod venturum erat populo qui no-
cuit eum tempore dicens. Et dissi-
pabit civitatem et sanctuarium po-
pulus romanus cum duce suo ven-
turo. et finis eius vastitas. et
post finem belli statuta a domino
[illegible] desolatio. Et non quoque
[illegible] que sic legitur:
Et ungetur sanctus sanctorum
et deficiat hostia. summum
illud quod solet dici iudeis
cum venit sanctus sanctorum
cessabit unctio vestra. Efficiam
hunc enim [illegible] Bede confirmat
in principio sed in fine dicit.
Non extendit enim lxx ebdoma-
das in se usque ad xv annum Ti-
berii in quo baptizatus est
christus. Et [illegible] non incipiat
enumerare ebdomadas i. a primo
anno darii in quo egressus
est sermo a domino ad Zacha-
[illegible] prophetam ut iterum
reedificentur muri ierlm. et re-
extendit eos usque ad captivitatem
futuram per romanos. Et tunc predic-
tas lxx ebdomadas quod dictum
est civitatem et sanctuarium dissi-
pabit populus cum duce venturo.
Hebrei sic exponunt lxx heb-
domadas abbreviate sunt super
populum tuum. quod dicit o daniel sed lo-
ab hac die quam nunc tibi
quod erat ante primus annus
darii qui occidit Baltha-
zar et regnum caldeorum in
persas medos transtulit usque
ad lxx in anni ebdomadas
i. annos ccccx. c. h. populo tuo
per partes accidet primum [illegible]
bitur tibi deus sicut [illegible]
et delebitur peccatum et fine acci-
piat prevaricatio. Tunc enim urbs
et templum destructum in luctu
est prelius. sed in brevi tempore
restaurabitur. et non solum hec
in hiis lxx ebdomadibus her[illegible]
fiant. sed nascetur christus et iu-
stitia sempiterna. et signabitur non
visio et prophetas. ut propheta non
inveniatur. Cum ipse et ungetur
sanctus sanctorum. Regno postea
[illegible] t. c. d. d. t. o. l. p. t. pe-
tas tui. Cum dicit Sancti

Escote qma ego scitus sum
scito ergo. qui abscat sic
qua nunc tibi loquor. et
dei sermone permitto reuta- q
popullus et ierlm instauret
usque ad xpm et desolacionem
templi. ebdomades nume-
rentur lxii^e et alie vii
in quibus iuxta ordine sunt
due vos fient. de quibus
ante dixi. quod reutat populus
et reedificetur platea a
neemia et esdra. In fine
vero ebdomadis complebi-
tur sma in angustia tpm.
quo rursum destruet te-
plum et capiet civitas na
post lxx duas ebdomadas
occidetur xpus. et non erit eius
populus qui negatus est eum
sine ut illi dicunt non erit
eius imperium. quod putabat
se recepturus. et quod dico
de xpo occidendo. et negatius
populo penitus desendo. tunc
et civitate. et sanctuarium
dissipatum sit populus
romanus. tunc dicte ventius
i vespesiano. et tunc factus vii
ebdomadibus i annis xlix
solitis. et adrianus. aquo
postea derunnis ierlm urbs ge-
lia condita est. Sollantes
iudeos Ruffo inptro. exatus
pugnate sinpanit et tunc
defecit. et sacrificium. et usque
ad consummacionem seculi conti-
inabitur desolacio. Non vos
moueat. inquiunt hebrei. si
prius mineretur vii ebdo-
madas. et postea lxii et
rursus una in duas partes
dividitur. Est enim hoc ydioma
hebrei sermonis. et antique
latinitatis. ut ante minore
numerum subputent post maio-
rem. verbi gracia nos iuxta

uetatem lingue nre dicamus
vixit Abraham c. lxx v. annis
illi e contrario vixit Abraham v lxx
c. Non ergo ut legitur ita ut ad
impletur. sed ut totum prius sup-
putatur ita sermo accepit. Ne igno-
rans quosdam illorum dicere quod una
ebdomadas de qua dicitur. Con-
firmabit pactum multis ebdomadas iudas
una dividatur in vespesianum et
adrianum. ut iuxta historiam. Io-
sephi. vespesianus et titus tribus
annis et vi mensibus pace cum
iudeis fecerunt. Tres autem anni
et vi menses sub adriano putentur
qui ierlm omnis subversa est et iude-
orum cateruatim cesi ita ut iudee quo-
que finibus pellerentur. Hec aiunt he-
brei non magno opere curantes a
primo anno darii regis persarum
usque ad extremam eversionem ierlm.
que sub adriano accidit computari
olimpiades c. lxxiiii hoc est annos
d.c. et vi qui faciunt ebdomades he-
braicas xcix. et annos tres quo
corbas dux hebreorum. et oppressa
et ierlm. usque ad solum diruta est

Visio nona

Sequitur nona visio danie-
lis. quam cum sequenti quidam
dicunt esse una. sed vere secundum
hebraicam veritatem traduntur esse
duas. et utraque scripta erat in
daniele hebraice. Porro utraque
uidit daniel. una quam vidit
sed altera audiuit anno tercio
regni ciri regis persarum. et cum
tres dies emisisset ieiuni. in hunc
modum Primo anno darii da-
niel intelligens inminere lxx
annum captiuitatis libertatem orauit
dominum. ut darius et cirus li-
beraret populum suum et data est sima
a deo ad licenciam redeundi iudea
et gaudens egressam a domino. Sup-
inuiauit Gabriel danieli. et
extunc darius disponebat de
libertate et licencia danda

C x°

s. prima
hec
prima
uisio

Hebreis Sed preuentus morte
non impleuit Cyrus autem
primo anno regni sui dedit eis
plenam libertatem quam habebat
indigene et licentiam redeundi
Ipsi non quia fere nati omnes e-
rant in caldea et possessiones
ibi habebant elegebant rema-
nere in terra natiuitatis sue
pauci non qui ascenderunt diffine-
bant in iudeam propter quod erant et mo-
ram etiam usque ad tercium annum
Cyri Quod attendens daniel
uehementius affligebatur dolore
quam prius et orabat dominum ut qui-
a prius dederat regibus animum li-
berandi daret et ipsis redeundi
effectum Ergo tercio anno regni
Cyri primo mense prima die mensis
lugebat daniel trium ebdoma-
darum diebus panem desidera-
bilem non comedit carnes et ui-
num non gustauit nec unctus est un-
guento pro balneis more persarum
Die autem xxiiij cum esset iuxta
fluuium qui est tigris uidit et
ecce unus uestitus lineis accinctus
zona aurea cuius facies quasi fulgur
et oculi ut lampades ardentes
corporis quasi crisolitus que deorsum
erat brachia et femora tibie
et pedes quasi es candens et sonus
eius quasi uox multitudinis loque-
ntis porro uiri qui erant cum eo
territi fugerunt et solus uidit
uisionem et corruit in faciem suam
Sed uir ille accessit et erigens
eum et confortans ait Noli ti-
mere daniel quia ex die primo
mensis quo posuisti cor tuum ut
te affliges coram deo exaudita
sunt uerba tua et egressa est
sententia a deo de reditu populi et ecce
hic nolui ad te uenire nunti-
are sed princeps regni persarum
restitit michi xxi diebus et uno
Cum igitur tunc egrederer appa-
ruit princeps grecorum ueniens
ut adiuuaret principem persarum
et michael. Et aliquantula se-
quitur. Et nunc uenio ut cer-
tificem te de reditu populi et in
omnibus nemo michi adiutor
nisi michael princeps noster.
Hos duos principes grecorum
et persarum uocat hic esse an-
gelos malos qui appositi sunt
regnis illis ad exercitium. La-
borabat itaque angelus persarum
ne hebrei liberarentur a domi-
nio persarum. Tum quia dele-
ctabatur afflictionibus eorum
tum ut ipse diuinas affligeret
eos quamuis peccaret. Labora-
bat etiam angelus grecorum
ut ipse et captiuitas hebre-
orum cum eis transiret in domini-
um grecorum. Gregorius autem
uult eos fuisse angelos bo-
nos qui sathagebant ne tam
cito liberarentur hebrei ut si
quid adhuc erat purgandum
in eis purgaretur et decoque-
rentur ad ignem. Postea ad-
didit uir ille nunc reuertar
ut prelier aduersus principem
persarum. Ueruntamen prius annuntia-
bo tibi quod expressum est in
scriptura ueritatis. Sequi-
tur de alijs quorum genus [illegible]
plenitudine. Porro a primo
anno darij orabat daniel
pro eo ut staret et robora-
retur regnum eius et solicitus
erat de successoribus regni per-
sarum. Uolens eos scire de
quorum manifestatione se-
quitur decima uisio. Cum qua
primum inducitur daniel se-
quentis sic

Decima visio Danielis

anni

Rectum est pectus anterior corporis a collo usque ad pectus [illegible]

, Cxi ,

Decima visio sequitur

Ego autem a primo anno
darii medi stabam ut
conspectu dei ut confortaretur
et roboraret. ipse darius et stata
sit methaplasmus. qui frequens
est in prophetis. et introducit vir
ille predictus loquens ad danie
lem sic et nunc veritatem annun
ciabo tibi. quia ecce adhuc
post darium et cirum qui nunc
sunt tres reges. stabunt in
perside. cambises sive cambises
smerdides magus. darius
filius hystaspis quartus. xerses
filius darii super omnes erit
et concitabit omnes adversus
regnum grecie. de isto legitur
quia succendit athenas et
bellum navale elegit apud sa
lamina. qui sophocles et alci
pedes clari habebant et phemi
stodes in persiam fugiens. hau
sto sanguine vituli periit.
Unde ut qui loquebatur da
niel. pretermisit omnes reges usque
ad allexandrum magnum. et
ait Surget vero rex fortis
et faciet quod placuerit
ei et cum steterit conteretur
regnum eius. et dividetur in
quatuor ventos celi In
Egipto enim que est ad meridie
pluries regnavit ptolomeus
lagi filius In macedonia phi
lippus qui et aridens frater
allexandri. que est ad occiden
tem Sirie et Babilonie
et superioribus locis. que sunt
ad orientem Seleucus nicha
nor imperavit Asie et ponto
et ceteris in eadem plaga princi
pibus anthigonus id est ad septem
trionem. et hoc secundum orbis
totius plagas dicimus Ceteri
autem in iudea que ad aquilonem
Siria ad meridie Egipti
hic de regno Egipti et Sy
rie tamen prosequitur daniel
quia sub hiis afflictus est
populus dei maxime Porro post
allexandrum regnavit in
Egipto ptolomeus lagi filius

a quo sequentes reges Egipti
ptolomei dicti sunt post ptolomeus
philadelphus post ptolomeus Eugetes
post ptolomeus philopator post ptolomeus
Epiphanes In Siria post alle
xandrum regnavit seleuchus post
anthiochus sother a quo succes
sores anthiochi dicti sunt post
anthiochus theos. post anthiochus Calli
nicus. post anthiochus magnus post
anthiochus Epiphanes de hiis pro
sequitur vir loquens ad danie
lem incipiens a rege Egipti
sic et confortabitur rex austri
hic est ptolomeus lagi filius
a deo fortis ut pirrum regem
Epirotharum expulsum re
stitueret in regnum et deiecto de
metrio meto filio antigoni clemens
regni sui pre quod antigonus ab
stulerat restituit Cipprum phenice
et regiones multas. et insulas
sibi subiugavit Cui successit ptolomeus
philadelphus. qui primus de ethi
opia adduxit elephantes
eis super pones lignea
in quibus posuit armatos ad di
micandum Sub quo lxx interpretes
claruerunt. hic pugnavit contra
anthiochum theos regem Si
rie. sed post ea federati sunt na
xie. sed post anthiochus duxit uxore bero
nice filia philadelphi repu
diata priore uxore laudice
tunc cum redisset in graciam viri
occidit veneno virum et filium
quem suspicabat de beronice Cal
linicus vero filium suum fecit rege
Sirie Eugetes vero qui succes
sit philadelpho in ultione be
ronices sororis vastavit Si
riam Sed audito quod principes
Egipti conspiravant adversus
eum rediit in Egiptum tollens
de Siria predam multa nimis
et simulacra duo milia deorum
porro Callinicus duos filios
reliquit Seleucum et anthiochum
magnum Sed anthiochus occi
so fratre suo regnavit. et con
gressus cum rege Egipti phi.

Elephantes quos primus eduxit

ubi infra refert de ptolomeo

intextas qui fuit

lopatore victus est. et per desertum
fugiens pene captus est philopa-
tori vero successit in egypto epi-
phanes cum esset quatuor annorum
et cepit anthiochus magnus
infestare eum. Sed principes e-
gipti dimicabant pro puero
quibus epiphane omnes sacer-
dos assumptis plurimis iudeorum
fugit in egyptum. et accepit a
rege regionem que eliopoleos vo-
cabatur et in ea extruxit templum
simile templo iudeorum asserens
se implere vaticinium ysaye
scribentis. Erit altare domini
in egypto et titulus eius in
terminis eius. hoc templum perma-
sit annis ccl. usque ad vespasianum
qui civitatem ipsam que dicebatur
onie et templum funditus everte-
porro anthiochus magnus reli-
quit duos filios seleucum et
anthiochum epiphanem. Sed
epiphanes pretendens certo vel
fratre regnavit in syria. huc
usque de ordine historie. inter
porphirium et nos nulla est contentio
sequitur exposuit porphi-
rius de anthiocho tamen exposo-
suit eum danielis. ut infamaret
Nos aute impietatem exponi-
mus de anthiocho et antichristo. Quod
de anthiocho specialiter de anthiocho. et
de antichristo. ut illud
quod de anthiocho. et concedentes pa-
nem cum eo et usque illuc et veni-
ent super eum greci et romani
anthiochus enim epiphanes de-
dit sororem suam epiphane
regi egypti in dolum tamen su-
scepit cum duos filios. Tunc
anthiochus ingressus est egyptum
tamquam invitus sorore et nepo-
tes. sed inter epulas fecit conspi-
rationem sororis. et voluit optinere
egyptum. Sed egypcii invitati
resistentes deiecerunt eum sed per
biennium reversus obsedit alle-
xandriam et ecce legati Romanorum
missi sunt ad egypcios libera-
dos. quibus federati erant cumque

applicuissent egressus est ob-
viam anthiochus. et dum
starent in littore dixit ei mar-
cus publius. levans. senatus
populusque romanus precepit
tibi recedere ab amicis suis
Cumque ille peteret induciam
tractandi. Marcus circa illum
fecit circulum in sabulo cum
virga et ait Senatus populusque
romanus precepit tibi ne
egrediaris de hoc circulo donec
respondeas ad hoc. Anthiochus
cum sic visum est senatui et
populo romano. recedendum est. et
recessit ab egypto similiter
et quod sequitur de anthio-
cho tamen intelligendum est. et
erit in concupiscenciis feminarum
Nam antichristus erit castus
ob similitudinem religionis
Quod non sequitur deum
maozim in loco suo venera-
bitur vel constituit
eum [illegible] precedentem
sonat et anthiochus in urbe
precedentem posuit et ydolum io-
vis antichristus enim diabolum
et deum precedentem sive venera-
bitur porro antichristo tamen
congruit id quod sequitur
et figet tabernaculum suum
apedno inter maria apheda-
no interpretatur solium suum
et est sensus figet tabernacu-
lum solii sui in loco. qui
sita est inter mare mortuum
et tiberiadis. et super montem
melitu et sanctum in monte oliveti
ponet tabernaculum suum
et veniet usque ad summitatem
eius id ad locum unde dominus
ascendit. et nemo auxilia-
bitur ei. quia audietur vox
in aere dicens morere et
statim fulminabitur per ea
hoc sequitur visio de tempore
antichristi. et generacione iudeorum
et resurrectione mortuorum
dicens et veniat quis glo-
rie fuit ex quo gentes esse ceperunt

De antichristo

simulacrum

de die iudicii

esse et stabit Michael pro
filiis populi sui et saluabitur
populus omnis qui scriptus erit
in libro dei et multitudo
eorum qui dormiunt in puluere
terre evigilabunt alii in vitam
eternam alii in obprobrium ut vi-
deant semper. Non quod bonos
quia tollatur impius ne vi-
deat gloriam dei. sed ut videat
videant obprobrium semper. Tu
autem daniel claude sermones
librum i. scribe in hystoria
sed non exprime i. noli exponere
pertransibunt plurimi et multiplex
erit sciencia q. d. Reliquis posteris
maxime secretum et de quo tractabat
daniel sane. quo tempore du-
rabat persecutio antiochi. Et vi-
dit principe persarum stante unum
hinc super ripam fluminis et alterum inde
torum stantem in altera et
virum indutum lineis stantem
in medio super aquas et di-
xit ad eum vsque quo finis horum
mirabilium. et eleuans ille
vtramque manum iurauit per viuentem
in eternum. quia in tempus et
tempora et dimidium temporis et ait
daniel. domine mi quid erit
post hec. Et vadit ille iterauit
id tempus. sed palam va-
dens. Cum ablatum fuerit
iuge sacrificium et posita fu-
erit abhominatio in desolacionem
hoc est cum ablato cultu dei
et templo desolato. Antiochus
abhominabilis ydolum ibi
adorandum. Tunc erunt dies
m. cc. xc. i. tres anni et sex
semis. Postea intulit quod
erit post hec dicens. Beatus
qui expectat et peruenit ad dies
mille ccc. xxx. v. Et die-
bus mille cc. xc. addite
dies xl. v. fient dies
mille ccc. xxx. v. Itaque post
mortem antiochi dabuntur
lapsis xl. v. dies ad pe-
nitentiam. Et est sensus erit
qui post dies persecutionis
peruenit ad dies superadditos
penitencie. Tu autem daniel vade

quo penitentia dabitur post antiochum

hoc autem ad prefinitum tempus dum vi-
te tue et requiesces. et in fine
dierum stabis in sorte tua i. re-
surges in ordine tuo

De Susanna

Sequitur hystoria susanne
quam hebreus non habet in libro
danielis. et vocat eam fabulam
non quod infractum de gestam
sed quia sine ea falsum legitur
de sacerdotibus lapidatis quos
Ieremias adductos testatur. et quia
nos fabulam eam scripta esse
a daniele. aliquod greco scripta
fuit. Et nos probamus ergo quod
quedam allusio verborum facta
sit ibi in nominibus arborum in delo.
lapidarum. est aptum per ipse
Tales enim allusiones verborum
et arborum nomina non inueniuntur
in hebreo. In translatione quidem
inter vna ex tribus allusionibus
qualis inuenitur legitur. sicut cum dixisset
sacerdos sub scino. vidit
daniel. verbum quod alludit
nomini. scindet te medium. et expres-
sius fieret si diceretur scita
subtiliter a te aderent illico an-
gelus domini scindet te ex eadem
allusione. pro flexione verbi. ad no-
men. Et si diceretur factum est hoc
secunda feria. et respondet fe-
riat te deus. Hanc eandem hysto-
riam vocat eugenes fabulam contra
ypo sinatum i. institutionem. Theodor.
te secunda editionis. quam sub obelo
et asterisco apposuit stimulata no-
tat tamen. quia pecuniam plerumque
nos instruxit. Apparet autem hoc
factum esse adhuc recenti capti-
uitate. quia daniel adhuc
iuuenis erat. Porro Susanna
uxor Ioachim pulcra erat nimis
et elegerunt in ea duo senes
iudices illius anni. de quibus
dicit dominus. Iniquitas egressa
est in babilone. a senioribus
iudicibus. Tradunt hebrei quod
mulieres cum hoc decipiebant
dicebant se esse de stirpe da-
uid. et Xpm de semine suo nasciturus

CXIII

Hi statuerunt inter se tempus
quo Susannam possent inve-
nire solam. et habuerunt post
meridiem in pomario [illegible]
et ingressa est Susanna. volens
lavari in medio pro consuetudine
terre et misit puellas ad affer-
endum oleum et smigmata. idest
ungenta est autem smigma
ordeum cum palea unde faciunt
mulieres decoratorium. forte ad mun-
dum faciei. Cumque clausisset fores
ad eam convenerunt dicentes nobis
alioquin feremus contra te testimonium
adulterii. et elegit Susanna
incidere in manus eorum. potius quam
peccare in deum. et exclamavit
et accurrentes famuli erubuerunt
cum audissent senes loqui altera
die statuta est Susanna in
medio populi et posuerunt manus
suas senes super caput eius
contestati sunt se vidisse iuve-
nem et ipsam pariter commisceri
et condemnaverunt eam ad mortem
et clamavit Susanna voce ma-
gna ad dominum. Domine tu scis quod
innocens morior. Cumque duceretur
suscitavit deus spiritum pueri no-
mine Danielis. Ideo autem credendum
his qui dicunt Danielem fuisse
mortuum et tunc suscitatum de-
mones fuisse spiritum (?) sed tunc
manifestavit spiritum sanctum deus
esse in eo. qui puer quasi la-
tens quiescebat et ait Daniel
ad populum [illegible] locuti sunt ad-
versus eam. Cumque revertissent
separavit Daniel senes ab invicem
et advocavit unum dixit Sub
qua arbore vidisti eos col-
loquentes. Qui ait sub scino
qua latini dicunt ilicem vel
lentiscum. et advocatus alter
dixit sub prino. et acclamavit
populus in eos propter dissonantiam
et interfecerunt eos iuxta legem tra-
diderunt interficiendos et factus
est Daniel magnus in populo
a die illa et deinceps. Et rex
Astyages appositus est ad patres
suos et suscepit Cyrus regnum
eius in regnum Persarum. Ex ter-
ra hec determinatur tempus quo

liberata est Susanna. Cum
Cyrus filius esset regis Persarum
et Darius rex Medorum
vel potius determinatur tempus
scriptis historie que hic inci-
pit et adhuc stabat regnum
Babilonis et erat in Babilone
rex. Deus (?) statim sequitur. Era-
t autem Daniel conviva regis
et honoratus super omnes ami-
cos eius cuius nomen. quia ta-
cet historia. Intelligitur fu-
isse ipse Balthazar vel ipse
Balthazar sub quo factum
est a Daniele quod legitur
in fabula Belis et draconis.
quam fabulam appellat Ie-
ronimus eo quod falsum le-
gitur in ea. et imponit de-
gitur [illegible] translationem Abacuc et refert
ab eo quod cum dixisset He-
breus suus talem spiritualem
translationem corporalem nusquam
facta esse. Et quod fabulosus
qui erat cum eis Ezechielem
translatum de Caldea in Iudeam
et scripsit enim Hebreus dicens
in litera expressum est quod Ezechiel
translatus est in spiritu. Et
apostolus nescit caute loquitur sive
in corpore sive extra corpus nescio deus scit et ad-
[illegible] dicit Hebreus. nichil in hac
fabula potuit narrari sed
[illegible] historia [illegible]

De idolo Belis et draconis

Capitulum cxiiii

Erat enim in Babilone ido-
lum nomine Bel et impende-
bantur ei diebus singulis
similae xii artabe et o-
ves xl et vini amphore vi.
Est autem artaba apud Cal-
deos eadem mensura que
ephi apud Hebreos mensura
trium modiorum. Et rex Ba-
bilonis adorabat illud
per singulos dies et dicebat
Danieli Quare non adoras
Bel. Cui ille. Non colo sculpti-
lia sed creatorem omnium deum vivum

et ait rex Nonne videtur tibi
bel deus vivens. qui tanta quot-
tidie comedit et bibit Et risit
intus luteus est et foris ereus
nec umquam comedit. Et vocavit
rex sacerdotes. et ait Nisi dixe-
ritis michi quis comedat impen-
sas has moriemini Si autem osten-
deritis michi. quia bel comedat ea
moriatur daniel
Erant autem sacerdotes lxx. exceptis
uxoribus et parvulis et venit
rex cum daniele in templum
et dixerunt sacerdotes Nos
egrediemur foras et tu rex pone
cibum et escas et claude ho-
stium. et signa anulo tuo
et nisi invenerimus mane omnia
comesta a bel moriamur. et po-
suit rex cibos ante bel. et
daniel cribravit cinerem per
totum pavimentum coram rege et
clausum est hostium. et signa-
tum anulo regis Sacer-
dotes autem ingressi sunt no-
cte iuxta consuetudinem suam
cum uxoribus et liberis et co-
mederunt omnia Effecerant
enim cuniculos subterraneos et ab-
sconditum introitum sub mensa.
Diluculo venit rex ad tem-
plum et daniel cum eo et mox
ut aperuissent signa salva Cumque
rex mensam vacuam vidisset exclama-
vit Magnus es bel et te-
nuit daniel regem ne in-
grederetur et ait Animadverte
vestigia pedum super pavi-
mentum et iratus rex apprehen-
dit sacerdotes. et viderunt ho-
stiola per que ingrediebantur
et occidit eos rex et dedit
bel in manum danielis qui
subvertit eum et templum
Erat autem in eodem loco draco
magnus latens in fovea
et adorabant eum babilonii
Sacerdotes eius habebant
[illegible] i vasa plena aqua
facta de coriis vitulorum et
eructabant ea virgis tola
illimis ut facerent sonitum
terribilem quasi tonitruum
absque hiatus draco quoque emit-
tebat fumum quasi ignem. qui draco
in publicum apparebat. et dixit rex
danieli Numquid non potes dicere. quia
iste non sit deus vivens et ait da-
niel Da michi potestatem. et interficiam
eum. absque ferro et fuste et de-
dit ei Tulit ergo daniel picem
et adipem et pilos et coxit pariter
et fecit massas. dedit que in os
draconis et suffocatus crepuit
et indignati babilonii dixerunt
Iudeus factus est rex et dixerunt
ad regem Trade nobis danielem alio-
quin interficiemus te et domum tuam
et compulsus tradidit eis Qui
miserunt eum in lacum leonum et
erat ibi vii diebus In lacu
erant leones vii. et dabantur
eis quottidie duo corpora damnatorum
et due oves. et tunc non sunt
eis data. ut devorarent danie-
lem Erat autem abacuc propheta in
iudea qui ferebat pulmentum
messoribus et ait angelus abacuc
fer prandium in babilone da-
nieli qui est in lacu leonum Qui
Domine babilonem non vidi et lacum
nescio et tulit eum angelus capil-
lo capitis sui. et posuit super eum
eum lacum et clamavit Aba-
cuc daniel serve dei Tolle pran-
dium quod misit tibi deus et
gratias agens daniel comedit
porro angelus restituit aba-
cuc in loco suo Venit ergo rex
die vii ut lugeret danielem
et videns eum sedentem in medio
leonum. exclamavit Magnus es
domine deus danielis et extra-
xit eum de lacu porro illos
qui perditionis eius causa fue-
rant intromisit et devorati
sunt in momento coram eo

De abacuc

Porro abacuc fuit de tribu
levi Symeonis Hic previdit
captivitatem ierusalem venturam et ad-
ventantibus caldeis fugit in
ostracinam et erat incola in terra
ismael Descendentibus vero caldeis

quibus uide In Egipto Jeremias
peregrinabatur in terra sua. et
scripsit et in principio operis sui cau-
sabatur adversus deum. cur impia
vastasset populum dei. et
sanctuarium eius cum ipse clama-
ret et non exaudiretur. Sed in
consolationem apparuit ei dominus
calamitates venturas super nacio-
nes futuras per Nabuch longe ma-
iores et tandem ipsum Nabuch
puniri et ideo admirans querebatur
de aspectus. et ostendit illi dominus
adventum Christi dicens Si mora
fecerit expecta eum quia veniens
veniet et non tardabit. et imprecatur
est abacuk Nabuch inter pluri-
ma dicens ve qui potum dat amico
suo mittens fel et inebrians ut
aspiciat nuditatem eius. quod fecit
Nabuch Sedechie / Ultimo scri-
psit tantique domine audivi et ti-
mui. Sed fecerat pulmentum messo-
ribus et ivit domesticis suis Ibo
ad terram longinquam cito redibo
Et tardans per dies fecit alium
messoribus et cum fugisset cum
Babilone subito supervenit mes-
soribus. Intellexit autem quod re-
versus esset populus a babilonia
reversurus / Unde patet longe
post liberationem Susanne hoc
esse factum. Eius autem reditus
dedit signis qui erant cum in iudea
quod visuri essent lumine cum
cuius templi. Ultimaque templi
desolationem predixit. quod gentis occi-
dentalis erant esset destructa.
Tunc magnus velamen sancti sanctorum
scinderetur et duarum columpnarum
capitalia auferentur et quo sunt nullus
agnosceret / Ipsa non in heremo ad-
ducentur. et eos in voltis. qui
persecutione sustinebunt a serpente
illuminabit dominus. Natus a parte
et mortuus est abacuk et sepul-
tus in agro proprio solus. Mortuus
de daniel quam supervixit super
reditum populi in iudeam. Messina
defunctus autem sepultus est cum spe-
lunca regali cum gloria. Hic est
daniel qui dedit signa in monti-
bus super babilonia dicens

Cum de aquilone
uendo partes meridiem ab oriente
fumigabunt veniet finis
babilonie. Cum de ore helut
ignis ardebit finis est uni-
verse terre. Cum aperte No-
chi saque destruerent centum
plus ad terram sua. Cum de se
sanguine fluxerint erunt Ie-
rusalem media bellum in universa
terra De Ciro

Post mortem darii medi
Cyrus monarchiam te-
nuit orientis cuius sedem pri-
mitus fuit apud persas. licet regnum
medorum maius esset et no-
norabilius eo quod ipse sub
permanserant eum in regem.
Iste fuit nepos darii ex sorore
Nepos uero astragis ex filia.
porro astrages unicam habuit
filiam. et vidit sompnium quod
de genitalibus fille oriebat
vitis que tota occupabat a-
siam. et accepit a coniectoribus
se habiturum nepotem ex filia
qui dominus esset asie et
ipsum deiceret a regno. Cum
timens dedit filiam suam vero
tem militi plebeio ne filia
eius nasceretur nobilis et potens.
Interea filiam pregnantem
adsciuit et nati ex ea filium
cuidam principi Arpago
tradidit occidendum / Cum ver-
dens regum crudelitatem asse-
sta filium ipsius uita e occi-
et uni de pastoribus regis
tradidit parvulum exponendum
in nemore / Cum uero exposuisset
eum et illud indicasset uxori
que in diebus illis pepererat
supplicavit ei mulier ut par-
vulum defferet ei alendum. Cumque
et ipsum pro eo exponeret. Cum
redisset pastor et puerum inve-
nit stantem presente ei ubera
et a feris et avibus defensum
tem. Cumque tulisset eum ad u-
xorem alluxit ei tamquam nu-
trita / vocavit quod puerum Spar-
tacum id est catulum. Cum postea
preter tamen sonat quam hinc inde a

et cum

Pueris ludentibus factus e
rex eorum et gimnaces et inodi
biles sibi fuit affligebat Quod
grauiter ferentes patres eorum vin
dicaverunt ad regem de filio pa
storis Cirus cum advocasset rex
et arguiet eum quod pueros plagas
set ille intrepidus se ut regem
dixit fecisse. Cumque rex
et quedam signa gentis sui in eo
deprehendens accito pastore se
cretius veritatem rei agnovit. Se
curus timor eius de nepote mi
tigatus est estimans quod somnium con
iectorum de regno impletum esset
in regno puerorum et eidem cu
pus commiserat ostendens com
sit alendum non indicans cui esse non
pastoris filium. Et filium quidem
illius secretarii sui in clauso
dedit patri ad comedendum quod non
obedierat ori eius. Et prius idem
indicavit ei. Et factum est
ut Astrages tradet exercitum
illi secretario ad hostes ex
pugnandos. Ipse non resedit
in medio. Porro ille non immemor
maleficii regis transit exerci
tum ut partarum regem per
dis sibi eligerent et cognomina
uit eum Cirum quod interpretatur
heres quod eum relinqueret Astra
ges hoc est heres. Quo facto
timens Astrages Darium conso
brinum adoptavit sibi in filium
et collecto exercitu egressus
est adversum Cirum et fuge
runt Perse. Occurrens autem eorum
et matres egresse ad eos et
detectis posterioribus suis aie
bant. Velut ne intrare in
uteros et renasci. Hoc pudore
excitati Perse acriter redierunt
in hostes et victus est Astrages.
Cirus autem magnum exhibuit
se illi nepote. Et victorem
regnum Hircanorum con
cessit ei. Dario vero tanquam
fratri matris sue tradidit re
gnum medorum tamen subiecta Perse re
vertendi ad ipsum. De licen
cia redeundi data
videis

tria quod cum vniversum regnum

devolutum esset ad eum in hunc re
gni anni regno primo suscitavit
dominus spiritum eius ut impleretur ver
bum Jeremie et dedit libertatem omnibus iudeis
qui erant in vniverso regno suo et li
cenciam redeundi in iudeam et edificandi
domum domini. Sicut ut fuit tribus
Ysaie quod ante clx annos pre
ponerat de ipso dominum dicente. Christo meo
Ciro cuius apprehendi dexteram subiciam
gentes et regna ipse redificabit do
mum meam in Ierusalem. Quod cum multi
ficam scriptura implet libertatis et
licencie tradidit in vniversum
regnum suum dicente. Omnia regna
terre dedit mihi dominus deus celi.
Credo hunc esse quem filii israel adorant
In hac epistola hortatus est eciam iudeos
ut ascenderent in iudeam et qui
nollent ascendere iuvarent ascen
dentes in pecunia vestibus et in iumentis.
Porro clarissimi iudeorum habitabant
in babilonia id est in terra babilonis
Et est Babilon enim proprie nomen est
civitatis. Babilonia vero nomen
regionis licet vnum pro altero sepe
legatur. Inter eos Salathiel natus
in caldea iam prevalebat. Hic genu
erat Salathiel in filio vocans
eum Zorobabel quod interpretatur
magister Babilonis quia hic erit
magister captivitatis babilonis. Ad
hunc propheta cohortatus primum sur
rexerunt viri Iuda ut ascenderent
in Ierusalem. Postea vero viri Beniamin
et Levite. Postea ut dicit Iosephus a
iuda cognominati sunt Iudei. Huius
enim nominis plures fuerunt cause
Super terram babel legitur a Iuda
quod cognominata est Iudea dicti
sunt Iudei alibi quod a iuda filio
Iacob alibi quod a iuda Machabeo
Porro ascensuri in iudeam alios
hortabantur sed paucos invenerunt
qui assentirent eis et postea tamen
in exhortatione qua in apparatu
tres annos compleverunt. Agitur
in tercio anno Cyri egressi sunt
sub Zorobabel duce et Ihesu magno
sacerdote adhortantibus eos Za
charia propheta et Aggeo iuvene
non dum propheta. Erant enim circiter
quinquaginta mille. Affuerunt enim decem
decies xlij milia et iiij lx reliqui

Ubi supra in hystoria post abitum non nae

Hebreos erant servi et ancille et homines quinque promissam et reversi sunt cum eis Cirus. Item nazoreum v milia et xl. Fuit que ponit Josephus resuscitatoria quorum usum non legi. Ascenderunt etiam quidam cum eis dicentes se esse de genere sacerdotum. Cumque quererent scripturam genealogie sue et non invenerunt recepti qui sunt in Israel sed eiecti a sacerdotio et reversi sunt in Jerusalem et in civitate iuda.

Hic est annus lxxi relaxacionis captivitatis quam perduxit lemnas illam et Jeronimus primum annum Cyri dicit fuisse septimum septuagesimum decadis itaque tercius annus fuit Cyri lxxi cui consonat Josephus dicens primo anno imperii Cyri lxxi

lxxij.

continuabat vel inminebat. Sed legitur in Paralipomenon: si quis evaserat gladium ducti in Babilone servierunt regi et filiis eius donec imperaret rex persarum et compleretur sermo Jeremie et celebraret terra sabbata sua usque dum complerentur lxx anni. Daniel de eodem meminit Daniel anno primo Darii intellexi in libris annorum ut complerentur desolacionis Jerusalem lxx anni. De eodem meminit Daniel. Jeremias plane distinguit. Jeremias in epistola quam direxit ad transmigratos. Cum cepimus impleri in Babilone lxx anni visitabo vos et reducam vos ad locum istum a liberacionis vestre velle Jeremie. Cum autem evidenter completi essent. Item ait Servient omnes gentes iste regi Babilonis lxx annis. Cumque completi fuerint anni lxx visitabo super regem Babilonis et super gentem illam iniquitatem eorum dicit dominus et ponam eam in solitudines sempiternas. Ex hac autem aucte fabulantur iudei ut supra diximus lexultasse Baltasar et quiuum fecisse. Hic autem locus Jeremie de lxx annis non captivitatis sed iniquitatis Nabuchodonosor, ex quo cepit opprimere finitimas naciones. Huic opinioni attestatur Affricanus dicens de Neemia et xx° anno regis Artaxerxis dicens Eo tempore regni persarum lxx anni fuerunt evoluti captivitatis

nepotis astragis

Super hoc regum .c. et concordant Baruch

Super hoc Reg. c. porro Jo.

Visione septa c. vi. Daniel c. ix

ante Jerusalem CLXXXV. Item Eusebius in libro cronicorum videtur obloqui predictis secundum annum Darii filii Histaspis dicens fuisse lxxi. Et autem Zacharias qui anno secundo Darii scribens audivit insistante invectiva et dicente domine exercituum usquequo tu non misereberis Jerusalem et urbium Juda quibus iratus es. Iste iam est lxx annus. Et prophetia cui Jeremias ait per lxx annos ieiunastis. Hic quod Jeremiam ieiunastis in lamentacione consonat Clemens in libro stromatum dicens a principio captivitatis annis lxx usque ad secundum annum Darii filii Histaspis videtur quod Eusebius distinguit inter lxx annos captivitatis et lxx annos desolacionis templi. Dicens decadem. Unde illos usque in annum vicesimum Cyri et colligitur omne tempus captivitatis anni lxx a tercio anno Joachim filii Josie. Porro secundum alios ab anno xiii Josie usque ad primum annum Cyri colliguntur anni captivitatis lxx. Desolacionis vero templi sub Dario rege complentur anni lxx. Horum opinioni consonat glossa Jeronimi super Ezechielem ubi agit de solucione suplata deitati. Dicens quod primo anno Cyri fluxerant anni desolacionis templi lxx. Porro post opinio de anno lxx magis certa est et plurimis auctoritatibus sanctita. Sola Zacharie auctoritas nos movet. Iste iam lxx annus est. Quod forte determinari potest ita ut exponatur de predicto quod anno iste lxx notus et famosus iam diu est. Iste dicta est cum Zacharias lxx anno non captivitatis sed quinte etatis que secundum Hebreos inchoat a iubileo xxx anno Cyri monarchiam

De reedificacione templi

Quarto anno regressionis est in iudeam aggregatus est populus quasi vir unus in Jerusalem reedificantes altare collocaverunt

Judith

Illus super bases suas et
obtulerunt super illis holo-
causta domino mane et vespere
fecerunt et solempnitatem thab-
naculorum. Unde non habue-
runt ignem nec fumum nisi forte
de calderibus veteris altaris se accepisse-
rint. Illo anno autem secundo
mense secundo iecerunt funda-
menta templi. Quod audien-
tes Samarite venerunt ad
eos et dixerunt edificemus
nobiscum quia ita ut vos quere-
mus deum vestrum et fuderunt ductores
isti leviti. Non est nobis et vobis
ad edificandum domum. Sed nos edi-
ficabimus edificare. Hoc enim nobis
tunc Rex Cyrus precepit. Cumque
apparuisset fundamenta su-
per terram elevavit populus vo-
cem in iubilatione. Quorum
quidam seniores qui viderant
templum prius eiulabant voce
magna ut non poterat quis discerne-
re vocem clamoris letantium et
planctum eiulantium. Porro
Samarite indignati impedie-
bant manus eorum. Cumque per se
impedire non possent dederunt
munera principibus regis persarum
qui erant positi super terram.
Cum peccavissent totum templi ven-
diderunt eius negligencia edifi-
cationis. Cyro tunc ignorante et
ideo impedierunt eos quod in xxx
annis quibus Cyrus regnavit
non erexerunt muros templi nisi
ad usque ad aperturam. Porro
Cyrus cum pervenisset trans
mare flumen attingere. Ibidem
bellicosissima astutie regina regebat
in Scithia. Tradidit enim eis
solempnitates et ludos proprios
eis ut lusibus comessacionibus
et amplexibus vacarent quasi
benivolencia et eos ostenderet
et cum hec fecisset cum eis erat
et quos bello non poterat per
libidinem expugnavit. Postea
non transgressus atque eum regina
massagetarum thamari victis
et occisis et eius caput illius
posuit in utre plenum sanguine

humano proiciens in insultando
dixit saciare sanguine quem
sitisti.

Incidencia

In diebus Cyri septimus rex
romanorum tarquinius superbus
qui et tarquinius iunior filius
suus cum lucrecia cum sua
a regno est expulsus. Hic genera
tormentorum excogitavit: ungula,
taureas, fustes, latumias, carceres,
compedes, cathenas, exilia, metalla. — genus flagelli de corrio factum de plumbo

De Cambise

Mortuo Cyro successit ei fi-
lius eius Cambises qui
apud Esdram Arthaxerses vel
Assuerus dicitur cum historia non
Judith notatur Nabuchodonosor. Tunc
principes terre qui impediebant
hebreos sub Cambise ut Jose-
phus dicit scripserunt cum accusatores
et alii qui iudicabant Syriam
et Phenicen et omnes regiones ulte-
riores scripserunt Cambise quod
iudei reedificabant ierusalem urbem
pessimam et perpetuis temporibus semper
rebellem et templum ad similitudinem
castri quae ob rebellionem pridem
destructa fuerat. Et nisi reedifi-
catio ista negaretur Regi tributa
et annonas nec etiam patet regi
transitus cum Syria. Hoc autem di-
cebant se conscios ei quod mede-
tur erat. Aliis qui in palatio come-
debat consiliarios ut mitteret ne
reedificaretur. Quibus acceptis
Cambises potentes misit dixit ea
perplacuit. Tunc intermissum est
opus dei in ierusalem usque ad secundum
annum Darii. Porro quod sub
Cambise factum est quod in histo-
ria Judith scribitur

De Judith

Hanc historiam transtulit Je-
ronimus ad peticionem Paule et
Eustochii de caldeo in latinum.
Hic liber apud hebreos inter
historias computatur. Et inter apo-
crifa. Quod dicit Jeronimus in prologo qui
sic inchoat xxx et duas litteras etc.
Hic ergo in prologo super Judith ali-
cubi legitur inter apocrifa
iam est scriptoris quod in ipso titulo

deprehendi pt. Que Sinodus
nicena in numero sanctarum scriptu-
rarum recepit, transtulit autem
eum pre(ter) varias et corruptas
editiones. magis sensum ex sensu
quam verbum ex verbo sequens. Cap-
tulo itaque primo arphaxat
medus in ecbathanis struxit
et reparavit eam et munivit ea(m)
inexpugnabilem. quasdam partes
medie imperavit. Nabuch(odonosor) vero
rex assiriorum qui regnabat
in Ninive anno xii° regni sui
obtinuit arphaxat in campo
ragau. qui est inter Eufraten
et tigrim. Hic est cambises
cui pater adhuc vivens Ninivem
et regnum Assiriorum qui
~~regnabat in Ninive~~ concessit
et Nabuch cognominavit. hic
mortuo patre duodecim illius
regni annum agebat. Nam cum re-
gno monarchie non nisi octo
annis regnavit. Qui postquam
factus est monarchus exaltatum
tempore apostolorum quos dicunt in
spacio illo ieiunasse. Quod in
ewangelio dictum est: Venient dies
cum auferetur ab eis sponsus
et tunc ieiunabunt. Et
potuit ita esse. Hunc tamen non
habetur

Sermo petri ad glo[riam]

In diebus autem
illis id est in illo meditullio
temporis inter ascensionem et spiritus
missionem. Exurgens petrus
in medio fratrum dixit. Constat
enim in spacio illo facta esse ma-
thie electionem licet non sit determina-
tum qua die. Unde quia inde-
finite dictum est in diebus illis
et inde quod ex forma scripti as-
sumpsit ecclesia formam legendi.
Unde quia in actibus apostolorum
frequenter inveniuntur in diebus
illis. Ideo cum leguntur in ecclesia
particule epistolarum premittitur in
diebus illis. Et quia in ewangelistis
sepe legitur in illo tempore ideo cum
singulis diebus leguntur in
ecclesia particule ewangeliorum premit-
titur in illo tempore. Viri fratres oportet
impleri scripturam quam predixit
spiritus sanctus per os david de iuda
qui fuit dux eorum qui comprehe-
derunt ihesum. Qui duxit cohortem
et ministros regis ad ortum in
quo orabat dominus. Vel quia
osculo dedit proditionis indicium
et ita prebuit eis ducatum qui
connumeratus est in nobis et sortitus
est sortem ministerii huius id est apostolatus.
Quia sicut sorte id est domina electione obti-
nuit apostolatum et legationem. Dictum est
connumeratus quia unus non minimus inter
apostolos computatus. Vel. Respicit ad
illud quod dixerat qui fuit dux eorum
qui comprehenderunt ihesum et sortitus
est sortem ministerii huius id est ducatus
in hiis qui habebant hunc ducatum. Et hic quidem
possedit agrum de mercede iniqui-
tatis. Quod quidam mistice exponunt id est
pro accepto precio proditionis posse-
dit infernum qui dicitur terra morientium
sicut paradisus terra viventium. Alii
dicunt iuda ibi sepultum fuit sepultum
et illa possedisse. Sed non est aute-
nticum. Dictum est ergo possedit id est pos-
sideri fecit quia de possessione
eius terra empta est et ab aliis
possessus. Et suspensus crepuit
medius et diffusa sunt viscera
eius. Dignum enim erat ut viscera
que proditorem conceperat rupta
caderent. Guttur quo vox proditoris
exiit exiret laqueo strangulatum. Sepe
enim modo pene exprimunt modum
culpe. Unde absciditur homini ca-
put corporis quia ipse abscidit
caput membris id est homine. Sicut et
iudas mortuus est in aere tamen
aeris potestatibus sociandus. Con-
gruum enim erat ut separaretur ab
angelos et hominum regione qui
offensus fuerat utrisque et ita modus
et locus pene congruunt culpe.

De agro figuli et electione mathie in apostolum

Et notum
factum est hoc omnibus habi-
tantibus in ierusalem. Ita ut appel-
laretur ager ille lingua eorum
acheldemach quia dictum est
eorum. Sicut quidam habet non fuisse
verba petri cum iudeus esset
et ad iudeos loqueretur. Sed luce
quoniam grece scripsit et hoc he-
breo nomine ager expressit. Ali-
dicunt quod latinus interpres hoc
expressit vel addidit. Sed me-
lius a petro dictum accipitur et
continuatur ei quod dixerat notum
factum est omnibus habitantibus
ierusalem ita ut appellaretur ager
ille agri dictus acheldemach lin-

Marginal notes: Et in hoc declaratur quod osculatus erat dominum ne per os suum sed exiretur rupto eum laqueo putatur pro tradidisse et crepuisse.

Incipiunt actus apostolorum

gwa eorum i Jerosolimitarum
qua tu petrus galileg esset
et ead esset lingwa galileor
et Jerosolimitar dmsa tn erat
lingwe idiomata Unde petro
dictu est ve galileus es Na
et loquela tua manifestu te
facit i ydioma lingwe gali-
leorum Scriptu est em in
libro psalmor. no est dam in
libris Unde insultat aug9
l comme librum psalmorum
i v volina distingweret Hic
em dici debuit in qrto libro
psalmor fiat habitacio eor
deserta et no sit qui habitet
in ea desinit s. et i Epatu
ei9 accipiat alter i alius qr
de mltis discipulis i lxx duobz
electg e mathias ei substitutg
Et ideo dictu est · qr mathias
longe fuit alter abeo · qr in-
fectus. iudas necq. et pl alt duor
quoru sortes misse sunt · opz
ergo ex hijs viris qui nobiscu
sunt aggregati in om tpe quo
intravit et exivit dominus ihus
incipiens a baptismate Jo-
hannis Usqz in die quo assumptus
est a nobis teste resurrectionis
eius nobiscu fieri unu ex istis
qr. d. qui mortuus est iudas.
et sic phatu est qr Epatum
eius accipiet alter qo opporte
ut aliqne ei substituamq · qui
testetur nobiscu resurrectioz eius.
quia dictu est vob Eritis m
testes resurrectionis s. mee in iherlm
et in omi iudea et samaria et us-
qz ad ultimum terre Et qr testis no
nisi de hijs qui vidit et audi-
vit debet Testem fore Elige-
du est de hijs viris qr a bap-
tismo Jo qm cepit dominus fac
et doce. usqz ad die ascensionis
nobiscu fuerunt et domini mirācu-
la viderent et doctrina audierunt
Et nota qd dictu est ex hijs viris
no de sexu inferiori et ad ter-
minum ydoneo Et statuerunt illos
duos aliis alijs pferentes Joseph
qui vocabatur barsabas qui co-
gnoiabatur iustus et mathiam

decimus laude subtra qua
sufficiat et prolaude qi apostolum
eligitur Joseph vo comendatur
ne tamq indignus respui
videtur Et hemo ht plane
in glosa qr iste Joseph qui
vocatur barsabas fuit bar-
nabas · qui pr ea cu paulo
in apostolum electus est Sz no
est huic opinioni adherendu
qr ex sequentibz eviden fiat
hoc no constare Iste namqz
Joseph fuit frater duorum ap-
postolorum filiorum alphei · nec
fuit appostolus. et orantes
dixerunt Tu domine qui cor-
da omnium nosti ostende quem e-
legeris ex hijs duobus ac-
cipere locum ministerii huius et
apostolatus · de quo prevaricatus
est iudas ut abiret in locum
suum Et dederunt ei sortes et
cecidit sors sup mathiam
et annumeratus e cu xi Non est
utendu modo sortibz ut tradit
beda. pbat dicte qr pmile
gia paucorum no faciunt legem
comunem · Non dum. missus est
erat spus scs. Iter dum per multa
figura legales cessaverant
Ideo ad huc parte sunt sor-
tes sicut in veteri testame-
to sepe factum legitur Nam
saul sorte electus Jonathas
et armiger eius sor. iecerunt
ganiud ex sor iecit qui ex mu-
stinos sacerdotes elegit Et
hinc hz copellatur vit sortibz
apostolos mittere premissa s. orone
ad deum Et facta est hec electio
mathie int ascensioz et spus
scti missioz · sed qua die in-
certu est **De spiritu sancti missione**

Et tu complerentur
dies penthecostes erant
omnes discipuli pariter in eod
loco in quo facta est electio
mathie Et iudei. preterea
dictu · tu complerentur cu h sunt
prima vii dieru quibz celebra-
batur festu penthecostes
tercia em erant festa quo vi-

diebus protelabant, sed pascha
penthecostes stenophegia.
Unde Gregorius potius dicat dictos
fuisse vel impleri dies penthe-
costes. Et penthecostes compo-
situm est ad quinquagena et ad eam
sollempnitatem vii diebus protelata
pentecon enim interpretatur quinqua-
ginta unde penthecostes id est
vel quinquagena et est grecum
vocabulum penthecostes tamen pa-
sceue et stenophegia sed de
hoc nomine pascha questio est.
Habent enim hebrei multa gre-
ca vocabula quia propter plurimas
particulares captivitates dispersi
fuerunt et fuerunt inter grecos a
quibus multa vocabula retinue-
runt. Est ergo sensus. Cum com-
plerentur dies penthecostes id est
quinquagene. Illa enim dies e-
rat quinquagesima a resurrec-
tione, et cum inchoarentur
dies penthecostes illius solle-
mpnitatis vii diebus protelande
erant omnes discipuli inca-
naculo et dum essent pariter
in cenaculo. Factus est repente
de celo id est de aere sonus quia spiri-
tus quidam insonuit in aere
tamquam advenientis spiritus id est venti
vehementis ut sit talis imita-
ylitudinis ac si diceretur venit
spiritus sanctus in similitudine venti
vehementis vel tamquam spiritus sancti
vehementis et erit tamquam ex-
pressivum veritatis quia non spiritus
sanctus dicitur vehemens quia
vehens a mente id est a mentis af-
fectibus alienans vel incita-
tus ait ille Clarevallensis
vento dicitur vehemens quia ve-
hemens id est eterna dampnatione
potest quod et ad sonum et ad spiritum
sanctum referri, quod dictum est tamquam
advenientis spiritus, quia equivocum
est ad utrumque sicut ruha in
hebreo, neuma in greco. Reple-
vit sonus ille vel spiritus sanctus
totam domum ubi erant sedentes
id est viros et mulieres in domo
sedentes implentes quod dictum
fuerat eis sedete in civitate

quousque induamini virtute ex
alto. Et apparuerunt illis dispertite
te lingue tamquam ignis id est radioli
ignei in modum linguarum insidentes
capitibus singulorum. Ipsa species creature
in qua spiritus sanctus in specie descendit
ad quid usu tunc descendit in apostolos.
Expressit species ignis species
linguarum ad similem. Descendit spi-
ritus sanctus tunc ubi dari esse adlo-
cutoris species linguarum ad similem lin-
gua ...em statim replerat ignis te-
pta tollebat. Datus est apostolis spiritus
ante passionem cum missi sunt ad
predicandum et dictum est eis egros
sanate demones eicite mortuos
suscitate. Post resurrectionem etiam datus
est eis ad aliud cum Christus insuf-
flavit et dixit eis accipite
spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata
remittuntur eis et quorum retinue-
ritis retenta sunt. Et forte claves
quas dederat Petro dedit aliis.
Et repleti sunt omnes spiritu sancto
et ceperunt loqui variis linguis
apostoli prout spiritus sanctus dabat e-
loqui illis qui dividens singu-
lis prout vult ubi vult et quando
vult quomodo vult, et quantum vult
operatur et inde incepit quod apostoli vel
una tantum lingua scilicet hebrea loq-
bantur ita quod ab omnibus intellige-
bantur. Vel quia verius est lin-
guis omnibus loquebantur quibus
innovaverat spiritus sanctus omnium lin-
guarum notitiam unde quod in scriptura
legitur spiritus domini replevit
orbem terrarum et hoc quod continet
omnia id est quod quemcumque loquitur omni
creatura, scientiam habet vocis id est lingua-
rum ac si diceret spiritus sanctus replens
orbem terrarum dedit apostolis scientiam
linguarum. De concursu iudeorum ad sonum factum in aere

Erant iudei viri religiosi
in Jerusalem habitantes et per
illos alii multi supervenientes se-
cundum naturam hic tunc subtolle est,
qui multis captivitatibus dispersi
fuerant iudei et precipue sub An-
tiocho Epiphane qui capti-
vitatis fuerat ultimor hinc

scto · et modo ad diem festum os
huc venerant Audito autem fragore
spiritus insonuit in aere convene-
runt omnes ad discipulos et
mirati sunt quia audiebat
unusquisque lingua sua illos
loquentes Dicto autem dictum est
singulariter lingua sua · quia
non solum fecit linguas sed
etiam linguarum ydiomata Alii
autem irridebant eos dicentes mu-
sto pleni sunt isti i. vehementer
ebrii · quia vehementior est ebrie-
tas de musto quam de vino defe-
cato

Sermo petri contra derisores apostolorum

Tunc surgens
petrus cum xi ostendens
non esse ebrios sed spiritu sancto
repletos dicens Non sunt ebrii
cum sit hora diei tertia · quia · s. non de-
est tempus comedendi nec solent
inebriari ieiuni et quia sciebat
legem et scientibus legem loquebatur
ostendit prophetatum esse a Iohel
spiritus sancti adventum Et cum non
induceret prophetiam Iohel ma-
gis ut audiat prophetatum spiritus sancti
adventum inducunt adduxerit de
die iudicii iudicii quia predixit Iohel
iudicii signa quedam iam imple-
ta · quedam adhuc implenda Erit
in novissimis diebus dicit do-
minus effundam de spiritu meo super
omnem carnem i. super utrumque sexum
non super omnem hominem · et propheta-
bunt filii vestri ut agabus et
symon eliezer et filie vestre ut
filie philippi · Et iuvenes vestri vi-
siones videbunt Ut paulus
raptus ad tertium celum · et senes
vestri somnia somniabunt ut petrus de
quo legitur estimabat se visum
videre hec usque de adventu spiritus sancti

Sequitur iudicium de prophecia Iohel

de die iudicii et dabo prodi-
gia in celo sursum quod impletum
est in adventu domini nativitate
nova stella in aere apparuit et
in passione quia sol obscuratus est
et signa in terra deorsum quod
impletum est cum christo spiritum emit-
tente terra contremuit · et petre

scisse sunt et monumenta
sunt aperta sanguinem · Do-
mini vulneris · vel sudoris
qui factus est sudor eius sicut
gutte sanguinis · quia sicut nam
sunt et ita signum sunt sic et
sanguinis de latere domini mor-
tui effluens fuit nam signum fuit
et ignem spiritus sancti supplementis
et vaporem fumi i. fervore
compunctionis · De spiritu sancti ardore
tamquam fumus de igne precedente
Sol convertetur in tenebras et
luna in sanguinem In passi-
one sol in tenebras versus est
quod cum tunc plenilunium esset
utique tunc luna in sanguine
ipsa fuit et omnibus invisibilis non
potuit cum esset sub terra et vi-
sibus humanis videtur tene-
brata · De alteris itaque istorum
constat quod iam impletum sunt ad
hoc reliquum est implendum et
omnia fiant antequam veniat dies
domini magnus spatio quia non
ei non succedat · Ergo quia in eo
tota mundi clamabit clare
quia sol lucebit septeplicat

Declaratio prophecie iohel

Viri fratres israelite quibus specialiter locu-
ti sunt prophete Audite verba
hic intelligite iam completum esse
quod prophetavit Iohel de spiritu sancti
missione quia missus est spiritus sanctus
et adhuc quod eos invenistis
quod alio consilio patris dispen-
satione traditus est in manus
vestras quem deus suscitavit
solutis inferni vel quantum ad
ipsum quia hic dolores penas
inferni non sentiunt vel quantum
ad alios qui per eum ab inferni
doloribus sunt absoluti quia fa-
cta est electio Vel dicit plures
ipsum doloribus morte et a deo
suscitatus sit probat per prophetiam
David et ponit plures partes
versus psalmi quod solus
hic probandus sufficiat ille
Non relinques animam meam in
inferno nec dabis sanctum tuum

Sunt enim vba cristi ad patrem
quasi nd paterus o pat' aiaz
meam ad inferos descendere ibi
detineri nec corpus meum sustinea-
bis corrumpi vel inuenari. pa
ca de dauid no esse hec intelli
gens ostendit aliquos iudeos
de dauid in sp̄ itantes dicens
lig audacter imu fres nobis
dicere de patriarcha dauid qm
defunctus ē et sepultus ē apud
nos ⁊ corpus eius incinerati
et adhuc cineres eius apud
nos sunt Unde pz nd de se
hec dixisse Non habis sanc-
tum tuum uide corrupcionem . sz ppheta
de resurrectione xpi . qui neq dere-
lictus est in inferno . nec caro
eius uidebit corrupcionem quem
suscitauit deus cuius nos testes
sumus qui ad dexteram patris
sedens misit in nos spiritum sanctum
qui operatur in nos ea que uidetis
⁊ audit exaltatus sit ad dexte-
ram patris itaque probat auctem.
dauid pphe dicere dixit dns
in tunc dauid uel alia hora
nd pt intelligi Certissime ergo sci-
tote omnes ihm exaltatum et
spiritum sanctum misisse quem uos au-
ditis ⁊ uidistis

De conuersione ex simone petri

His auditis
compuncti sunt corde ⁊ ita est
impleta pphia iohelis qz per
ipse premissi sunt ⁊ uarie
disputationes et dixerunt ad petrum
et ad reliquos apostolos quid fa
ciemus uiri fratres ad quos petrus
penitentiam agite et baptizetur
unusquisque uestrum in nomine ihu xpi
in remissionem peccatorum . et accipie-
tis donum spiritus sancti . ut loquimini
uarijs linguis sicut et nos et
hec erat signum familiare in primi-
tiua ecclesia quod omnes fere ascen-
dentes de lauacro loquebantur
linguis omnibus Et no quod ait
petrus baptizetur unusquisque uestrum
in nomine ihu xpi forma namque
tradita a domino quam exprimunt
trinitatis in primitiua ecclesia scilicet
crant apostoli uerentes hac forma
uerborum baptizo te in nomine ihu xpi
ut ita dilatarent nomen xpi aliis
uerbis pluribus exhortatus ē petrus
et qui receperunt sermonem eius bapti-

zati sunt et appositi sunt in illo
die illa sicut ipsa die pentecosten
fere anime circiter tria millia et erant per-
seuerantes in doctrina apostolorum et in commu-
nicatione panis in eucaristie quod in
primitiua ecclesia crebro communicare
consueuerant ad recipienda eucari-
stia . Et quia communicacionis panis
quotidiani qui singulis quottidie
ab apostolis frangebatur . Nichil enim habebat
ipsi sed pcia uendiderant et posi-
tuerant precia ad pedes apostolorum quem sin-
gulis diebus inde ascendebant
in templum adorare . unde recedentes sin-
gulis panem distribuebant prout opus
erat

De sanacione claudi per petrum

Cum autem quadam die ascende-
rent petrus et iohannes in templum
ad horam orationis nona erat quidam clau-
dus a matre qui in glosa paclitus di-
citur porta templi que dicitur spe-
ciosa a speciali quodam ornamento quod
apposuit ei alexander quartrans
Uel etiam possunt hec dici aquila
aurea et erat porta illum marmo-
rea Iste claudus quottidie porta-
batur in grabato suo ad porta illa
ut peteret elemosinam ab ingredienti-
bus in templum et rogabat petrum ⁊ io-
hannem ut elemosinam acciperet ab
eis Cum igitur ascendisset in templum
ad horam orationis nona sunt enim con-
suetudo hebreorum tribus horis orare
sicut daniel dato edicto Regis quibus
quidem tribus horis orabat ascendens
fenestra cubiculi sui Et hec consue-
tudo confirmata ē ab ecclesia que eis-
dem tribus horis orabat scilicet tercia sexta nona
quia dominus tercia hora flagellatus
sexta cruce ascendit Nona autem
defecit Intuentes petrus ⁊ iohannes
claudum dixerunt Respice in nos
Et si diceret attende paupertatem
nostram Non habemus quid porrigamus
tibi At ille intendebat in eos sperans
se aliquid accepturum ab eis Ait
autem petrus argentum et aurum non est mi-
chi Non enim erat sine quod reseruabat in vsus
pauperum qui reliquerant patrimonia
sua ponentes omnia ad pedes apostolorum
quod autem habeo hoc tibi do in nomine
ihu nazareni surge et ambula
in pace Et apprehensa manu eius
dextera eleuauit eum et protinus

xxxvii

solidate sunt bases eius et plante
et stetit et ambulabat et intravit
cum illis in templum ambulans
et exiliens quod additum est a luca ut
ostenderet quod impletum est illud ysaie
exiliet sicut cervus claudus et intravit cum ipsis
ambulans et laudans deum
et impleti sunt stupore et extasi
in eo quod cognoscebant illi stantes quod
a nativitate claudus fuerat. Et cum vi-
derent petrum et iohannem currerunt
ad eos ad porticum que appellatur sa-
lomonis id est in ea parte in qua stabat
salomon dum orabat. Et videns pe-
trus populum admirantem super hoc mira-
culo locutus est ad eos

Confirmacio per simonem

Viri israhelite quid
admiramini aut quid intue-
mini nos quasi virtute nostra fecerimus hoc
miraculum id est quod non virtute nostra hoc
fecimus sed deus abraham et deus ysaac
et deus iacob deus patrum nostrorum glo-
rificavit filium suum ihesum quem vos
quidem tradidistis et negastis ante
faciem pilati iudicante illo dimitti
et vos peccatorem iudicastis barrabam
dimittendum. Nomine eius id est nominis in-
vocacio et fides habita de eo de-
dit illi integram sanitatem in conspectu
omnium vestrum et nunc scio fratres quod per igno-
ranciam fecistis sicut et principes vestri
deus quod sic predictum erat ab omnibus
prophetis oportebat impleri penite-
mini igitur et convertimini. Et cum venerit
[illegible] refrigerii a facie domini id est tempus
incarnacionis quod vera fuit tempus
refrigerii vel distinctio universalis
iudicii et redempcio iustorum deleantur
peccata vestra. Tunc enim plene delebuntur
peccata cum virtute resurrectionis mors
destruetur nomen [illegible] et cum remiserit
eum qui predicatus est vobis ihesum christum
quem oportet celum suscipere id est adver-
tere patris sede usque in tempus restitu-
cionis omnium hunc locutus est dominus
a seculo per os sanctorum prophetarum id est usque
ad quorum omnium resurrectionem. Tunc enim
vera omnia implebuntur de cristo
a prophetis predicta et ponit exemplum de
[illegible] predixerat de cristo et premittitur
[illegible]

De ira Iudeorum contra apostolos et in carceracione apostolorum

Loquentibus autem illis ad populum
supervenerunt sacerdotes et ma-
gistratus templi indignati omnes
[illegible] quia ita magnificabant
eum quem ipsi dampnaverant et
quia docerent populum et annunciarent in ihesu resurrectionem
et precipue saducei dole-
tes quia predicabant resurrectionem
quam ipsi negabant. Et iniecerunt
manus in eos et posuerunt in cu-
stodia quia iam vespera erat et non potu-
erunt eos iudicare. Multi autem
eorum qui audierunt verba illorum
crediderunt et fuerunt qui ea die
ad fidem conversi sunt quinque mi-
lia. Et hoc est quod supra legitur
quia tria milia una die ad
fidem conversi sunt quia ipsa die
penthecostes factum est alia die
quinque milia

De constancia Petri coram iudeis

Altera die aggregati sunt
principes sacerdotum id est qui
principatum habebant inter ceteros
seniores sacerdotes qui nominati
exprimuntur annas princeps
sacerdotum qui omnibus preminebat
cayphas et allexander et io-
hannes hii per eum sunt excel-
lenciores et quotquot erant
de genere sacerdotali et seniores
et pharisei tradicionum inve-
tores. Legis id est alii exponen-
tes horum distinccionem frequenter
habemus in ewangelio et statuentes
eos in medio consilii communibus
interrogaverunt eos in qua virtute
aut in quo nomine fecistis hoc
Tunc petrus plenus spiritu sancto
reddit primo questionem eorum
temerariam esse ostendens tunquam
probandum sit iudicium aut adver-
tes [illegible] et tamquam rei argu-
imur id est quasi dicat. Stulte vos arguitis
notum sit vobis quod in nomine
ihesu christi quem vos crucifixistis
iste sanus astat coram vobis
quem deus suscitavit a mortuis
hic est enim lapis a vobis edi-
ficantibus reprobatus id est a vobis
sacerdotibus qui per ea suscitatus
a patre factus est in caput an-
guli id est factus est princeps duorum
populorum qui in ipso tamquam in
angulari lapide sunt uniti
et non est in aliquo alio salus
Non enim est aliud nomen sub
celo datum hominibus quo non
oporteat nos sal-
vari. Videntes petri et iohannis
constanciam attendentes quod illi essent

De perplexitate scribarum in verbis constancie apostoli

Idiote et illiterati admirabantur
cognoscentes eos, quia cum ihesu
viderunt eos, et quia presens erat cum eis
qui sanaverant non poterant con-
tra dicere. Nota quod alia habemus
hic ethymologiam huius nominis ydi-
ota quam ab ysidoro. Nam secundum ysi-
dorum dicitur ydiota quasi diminute abatus (?)
ydyon enim dicta autem ad interpreta-
tur dicatur ydiota quasi diminute ab in-
tellectu id est fatuus. Secundum ethymologiam
autem que hic ponitur dicitur ydiota quasi abidio-
mate dicti sunt ergo ydiote quasi
contenti solo ydiomate lingue
sue. Phoma enim lingue hebree
satis noverant. et nullus alius sus-
cepit aut scias extra totalem
scedam et cognoscebant admirantes
dicentes. Sed fatemur hominibus
istis. Quia manifestum est miraculum
quod fecerunt. negare non possumus.
sed ne amplius divulgetur commi-
nemur eis. ut ne ultra loquantur
in nomine hoc ulli hominum. et vocantes
eos denunciaverunt ne omnino loque-
rentur nec docerent in nomine ihesu. Ad
quos petrus et iohannes. Vos
ipsi iudicate an potius sit obediendum
deo precipienti an vobis prohibentibus.
quasi dicerent. iactatis prohibentes quod deus
precepit non esset audiendi. Ubi enim
superior precipit inferior contradicit
non est audiendus inferior. Non pos-
sumus que vidimus et audivimus
non loqui. At illi comminantes di-
miserunt eos non audentes in eos ma-
nus mittere propter plebem. Dimissi autem
redierunt ad suos in syon et nunci-
averunt quanta eis principes sacerdotum
et seniores dixissent et hoc res-
ponderunt eis qui cum audissent
unanimiter levaverunt vocem ad
dominum dicentes. Domine qui fecisti
celum et terram mare et omnia que
in eis sunt. Qui in spiritu sancto per os
david patris nostri pueri tui dix-
isti quare fremuerunt gentes et p. m.
i. in a. astiterunt R. t. et p. co. in v.
ad v. d. et ad v. x. pm eius. Conve-
nerunt vere in civitate ista ad-
versus puerum sanctum tuum ihesum quem
unxisti herodes pilatus cum regibus
et populis israel facere que manus tua
et consilium tuum decreverunt fieri.
Nunc domine respice minas illorum

eius eos et da servis tuis cum omni
fiducia tua loqui verbum tuum. Nota
quod de hoc ut solet frequenter opponi.
decreverunt herodes et pilatus facere
que manus et consilium dei decreverunt
fieri sed adhuc duobus modis facere fieri
quod ecclesia ipsi convenerunt ad crucifigendum
xpm. atrox. Deus decrevit fieri, sed
passionem quam actio illa fuit pena passio
colla. Cum orassent motus est locus
in quo erant congregati et in terre motu
missus est iterum spiritus sanctus et repleti
spiritu sancto loquebantur variis linguis
verbum dei cum fiducia.

De concordia credencium

Multitudinis autem credencium erat
cor unum et anima una, nec quisquam
eorum que possidebat aliquid suum
esse dicebat. Sed erant illis omnia
communia et magna gratia erat in omnibus
illis. Neque enim quisquam egens erat
inter illos. Quotquot autem erant
possessores agrorum aut domorum
vendebant et ponebant pretia ad pe-
des apostolorum. Dividebantur autem
singulis prout cuique opus erat. Unde

De Barnaba ciprio genere

Joseph
qui cognominatus est barnabas
ab apostolis quod est interpretatum filius
consolationis levites. Ciprius
genere. Cum haberet agrum vendidit
illum et posuit pretium ante pedes
apostolorum. Unde quod cum dixisset le-
vites ne videtur non habere eum
quod levite non habebant hereditatem
in terra additum est ciprius genere
ut ostendatur natus in dispersione
et inter gentiles et ideo licebat ei
propriam habere. Sed est advertendum
verbis Bede super hunc locum et tenendum
hunc fuisse socium pauli non illum
qui cum mathia statutus est. quia
cecidit sors super mathiam quod quidam
arbitrantur ut dicit Beda minus
intuentes quia hic barnabas, ille
barsabas appellatur hic filius con-
solationis ille filius quietis in-
terpretatur. Unde lucas nomen interpreta-
tionis sciens addidit ut huius ad
illum differentiam insinuaret.

De anania fraudulento et uxore eius

Vir autem quidam nomine
ananias cum zaphira uxore
sua voluit esse in collegio iustorum
ut haberet necessaria vite sine labore
et ita lucrum voluit sibi acquirere
prebenda. Et cum vovisset totum pretium

agri venditi ponere ad pedes apostolorum
non solueret uotum defraudauit de
precio agri conscia vxore mediam
partem sibi reseruauit reliquam ad pedes
apostolorum ponens Quod statim perui
dens petrus in spiritu ait Anania
cur temptauit sathanas cor
tuum mentiri te spiritui sancto Cur frau
dasti de precio agri Non es mentitus
hominibus sed deo qui scrutatur
corda et perdit omnes qui loquuntur
mendacium Audiens Ananias
hec verba cecidit et expirauit
Unde notandum quod licet dominus in euan
gelio dixit si quis percusserit te
in dexteram maxillam prebe ei et
alteram tamen in primitiua ecclesia quandoque
exercebant vindictam Quemadmodum enim qui
promulgant leges solent ad eas
tenendas vindicte exercere ut rigo
re legis promulgate sanciatur se
veritas vindicte Unde in initio
legis nascentis protollitur ligna
cum in sabbato lapidatur Et in
initio sacerdotii duo filii aaron
igne consumpti sunt propter oblatum ignem
alienum Sic ananias defraudans
de precio corruit et expirauit pro
terrore aliis incutiendo quod tam ve
lox iudicia magnum timorem aliis
incussit Et factus est enim timor
magnus in omnes qui audierunt Et e
ant ipso quod prius vni morte ani
morum erant pauci audierunt Sur
gentes autem iuuenes asportauerunt
talier et sepelierunt Et factum est quasi
horarum trium spatium et vxor eius ne
sciens introiuit ad quam petrus
Dic mihi mulier si tanti agrum vendidisti
At que ait etiam tanti Ad quam petrus
Quid utique conuenit vobis temptare
dominum temptare Ecce pedes eorum
qui sepelierunt virum tuum stant ad hos
tium et efferent te At si breui vo
celudes dicit mouerelis Quoniam
enim sepelitur mortuus est confestim
cecidit ante pedes eius et expirauit
quia fuerat conscia fraudis Et intran
tes iuuenes qui stabant ad hostium
inuenerunt eam mortuam et asporta
uerunt et sepelierunt ad virum suum sunt
enim hec consuetudo hebreorum uxores
sepelire iuxta viros suos ut quidam

cantus sequentur quando pube
rit et quia mulier formata est de
costa viri De signis petri et incarceratione apostolorum

Per manus apostolorum fiebant
signa et prodigia multa
in plebe Et erant omnes vnanimiter
in porticu Salomonis Nemo
autem infidelium audebat se fide
iungere illis quia territi erant exemplo
ananie et augebatur in dominum
credentium multitudo et ponebant
in plateis infirmos in lectulis
et grabatis ut veniente petro
umbra corporis illius vel ob
umbrati liberarentur ab infirmita
tibus suis quia petrus prius legitur
est in miraculis et maiora legitur
fecisse quam christus Et nota quod gra
bata proprie dicuntur lectisternia pau
perum in quibus nil corporis sternitur
sed tamen supponuntur stramenta
Exurgentes autem principes sacerdo
tum et saducei repleti sunt
zelo et iniecerunt manus in ap
postolos et posuerunt eos in
publica custodia idest in carcere
Nota cum supra pluraliter dictum
sit principes sacerdotum hic vero sin
gulariter quia forte mortuus erat
vnus eorum scilicet ananias Unde
est quod saducei dicti sunt quasi se
ducti a sedec quod interpretatur iusti
cia Unde Melchisedech dicitur
Rex iusticie Vsurpabant enim
sibi nomen iusticie cum essent
iniusti Vel dicti sunt saducei
a sadoc sacerdote ad quem trans
tulit Salomon sacerdotium abi
athar et gloriabantur de genere
eius Isti conueniebant principibus
sacerdotum in persequendo apostolos
quia predicabant resurrectionem quam
ipsi negabant De eductione apostolorum de carcere

Angelus autem domini per no
ctem aperiens ianuas car
ceris et educens eos dixit Ite
et loquimini in templo omnia verba
vite huius scilicet vite eterne quod
addere non fuit necessarium
quia iam famosa erat secta christianorum
Non est autem intelligendum
angelum aperuisse ianuas
carceris sed quod dictum est aperi

et sic accipiendum est ac si di-
ceretur: Ita eos eduxit ac si ia-
nue essent aperte. Credendum
tamen est quod, ut tradunt, sub clausis
ianuis eductos esse de carcere,
quod factum est ad eorum confirmationem et
Iudeorum confutationem. Sicut quod he-
sitavit Thomas Christum in carne
et ossibus intrasse clausis ianuis ad
discipulos intrasse, cum scriptum
videat clausis ianuis de carcere
eductum esse. Iudei quoque dicentes
corpus eius furto sublatum de mo-
numento, quod furto dicunt et ap-
postolos eductos esse de carce-
re clausis ianuis. Precepit angelus in-
traverunt apostoli diluculo in templum
et docebant plebem, quod preceperat
dominus ut predicarent in templo, scilicet
in loco celebri et sacerdotibus
frequentato. De egressu in carcere (?)

Advenientes autem princeps sa-
cerdotum et qui cum eo erant
convocaverunt concilium ut celebra-
rent quid facerent de eis quos
[illegible] fuerant in carcere positi
ut ad iudicium traherent. Cumque
requisiti essent ministri renunciave-
runt eis sicut invenerant dicentes:
Carcerem invenimus clausum cum
omni diligentia et stantes ad ia-
nuam custodes. Aperientes au-
tem neminem invenimus intus. Ut autem
audierunt hos sermones magistratus
templi et principes sacerdotum, po-
testates et [illegible] ambige-
bant quidnam fieret de istis. Et
ecce quidam adveniens dixit eis:
Viri quos posuistis in carcere stant
in templo et docent populum. Tunc
abiit magistratus cum ministris et princi-
pes sacerdotum, et cum magistratu sun-
[illegible] eos precedenti secundum
[illegible] et adduxit eos sine vi.
Non audebant eis facere violentiam
propter populum qui favebat eis. Et
statuerunt eos in concilio et ait il-
lis princeps sacerdotum: Precipiendo
precepimus vobis, auctoritate scilicet pontifica-
li, ne doceretis in nomine isto, scilicet in
nomine Ihesu; et ecce replestis
Ierusalem doctrina vestra. Et vultis

introducere super nos sanguinem
huius hominis, id est sanguinis vindictam,
quasi magis arguitis nos quam reos san-
guinis innocentis predicando eum in-
nocentem quem condempnavimus. Et res-
pondens unanimiter omnes apostoli ex
fervore et zelo non patientes [illegible]
hominibus loqui: Obedire oportebat
deo magis quam hominibus. Deus patrum
nostrorum suscitavit Ihesum, quem vos in-
temistis suspendentes in ligno, et
exaltavit illum ad dexteram suam, et
nos testes sumus horum verborum et spiritus
sanctus quem dedit deus omnibus obe-
dientibus sibi, in quo ad penitentiam
vos provocavit, ac si dicat: etiam vos
si velitis obedire, habetis. Audientes
dissecabantur cordibus suis. De consilio Gama-
lielis

Tunc exsurgens in concilio
quidam phariseus nomine Gama-
liel, legis doctor, honorabilis uni-
verse plebi, precepit ut ad
breve amoverent. Iste Gamaliel
ut dicit Clemens in epistola quadam
fuit discipulus apostolorum sicut Nichodemus,
de consilio apostolorum erat inter Iudeos
ut iram mitigaret furoris eorum adversus
eos. Locutus est ergo Gamaliel in con-
cilio in hunc modum: Viri Israelite,
attendite vobis quid acturi estis super
hominibus istis. Et cetera. Nolite delere su-
bito [illegible], sed expectate, quia si
opus eorum tantum est ab hominibus, per se de-
struetur. Si autem est opus dei, stabit
nec poterit destrui. Et hoc ostendit exemplo
duorum, scilicet Theode et Iude Galilei. The-
odas magus, ut tradit Iosephus, dice-
bat se prophetam. Magnam populorum multi-
tudinem cum omnibus suis et sublatis
cunctis facultatibus venire ad
ripas Iordanis et promisit se statim
per imperium ut divideret Iordanis et
transirent sicco pede sicut transierunt
filii Israel. Et dum expectaret in Iorda-
ne, supervenientes procurator Iudee scilicet
cum militibus equitum, multos ex eis
occidit et caput ipsius Theode Ie-
rosolimam reportavit. De afflictione apostolorum
et gaudio eorum

Post hunc extitit Iudas Galileus
in diebus professionis, id est descriptionis
universalis ab Augusto facte,
unusquisque scilicet censum capi-
tis profitebatur se subditum Ro-

manus impositis. Iste iudas galileus sine essenus genere et ut tradit Io-
sephus persuadebat iudeis ut negarent
tributa hominibus. Et multum preualu-
it romanis assensum eos qui decimas
et primitias deo soluebant non
debere soluere tributa hominibus.
Et multi preualuit hec eius doctrina
ut pharisei et magna pars populi
quererent a christo dicentes. An soluen-
dum esset tributum cesari yronica presens
ipse. Et quosque et conuenerit contra
detractores samalicus et uocantes
apostolos flagellauerunt eos et fla-
gellatos dimiserunt prohibentes sub
comminatione mortis. Ne amplius
loquerentur in nomine ihesu. Et ibant
apostoli gaudentes a conspectu concilii.
quoniam digni sunt pro nomine ihesu contu-
meliam pati. Nota quantum erat iam in
eis robur fidei quem nec verbis pro-
hiberi poterant. Nec flagellis i-
nde desisterent primo verbis prohibiti
modo flagellis cesi. Ordinacio dyaconorum per apostolos

In diebus autem illis crescente
numero discipulorum. id est xpianorum
qui eo tempore dicebant discipuli
factum est murmur grecorum id est aduene-
narum gentilium in christum conuersorum
uel iudeorum qui fuerant in dispersi-
one nati et inter grecos nutriti
aduersus hebreos eo quod despicerentur
eorum uidue in ministerio cotidiano quam
uidue hebreorum eorum magis prote-
ct ab aliis magis preferebant in dis-
pensacione administracionis quotidia-
ne. Et potest intelligi causa murmuracionis
dupliciter. Vel quod uidue grecorum in
quotidianum ministerium non admit-
tebantur vel quod in ministerio quotidiano
nimis grauabantur forte fatiebat
eas fortius adiungendi illa ad
ministrare videretur aut apostoli murmu-
ratorum causa orta pro administracione in-
digencium quibus ideo necesse erat admini-
strare quia ipsi non poterant ad hec
sufficere ut singulis distribuerent
conuocantes multitudine dixerunt Non est
equum nos derelinquere cibum dei
et ministrare mensis. Considerate ergo
fratres uiros ex uobis boni testimonii
vii plenos spiritu sancto et sapientia quos

constituamus super hoc opus
ut ipsi ministrent. Vel possint mini-
strantibus nos vero oracioni et predica-
cioni vacabimus. Et placuit sermo
iste multitudini et elegerunt septem
Stephanum scilicet et philippum
et prochorum et nicanorem et timonem
et parmenam et Nicolaum aduenam
antiochenum qui solus dictus
est aduena vel quia solus erat
aduena. Vel quia filostablis
erat futurus dicitur aduena
quia a heresi hos statuerunt illi
qui elegerunt ante conspectum apo-
stolorum et orantes apostoli impo-
suerunt eis manus. Horum uice
habent in ecclesia archidiaconi
circa instituti ut procurent pauperum
negocia ut ipsi liberius uacent
doctrine et oracioni. Sed quia in
nostro tempore quod deprehendunt archi-
diaconos in hmodi administra-
cionem inde tristes pauperes hoc
cautelam dant operam hinc ad-
ministracionem et inde quod quia apostoli
orantes legitur eis manus impo-
suisse in ordinacionibus fuit
probetur hoc eciam auctoritate episcopus
eorum manus imponunt diaco-
nibus in ordinacionibus. Circa autem
eis manus non imponunt. Sciendum
quod autem. Beda. Quod eis dicitur
est et orantes imposuerunt eis ma-
nus. Non est intelligendum est factum post
quam postea ordinauerunt ministros
sacri altaris et domini sanguinis
et tunc eis manus imposuerunt
ut et sacerdotibus cum ordinantur
manus imponunt. Verbum domini
crescebat et multiplicabatur numerus
discipulorum in ierusalem valde. Multa eciam turba
sacerdotum obediebat fidei

Stephanus autem plenus gratia
et fortitudine faciebat prodigia
digna et signa magna in populo.
Surrexerunt quidam autem de synago-
ga libertinorum a regione sic
dictorum uel libertinorum id est manu-
missorum qui cum prius fuissent servi
postea fuerant libertate donati
et sic de seruili condicione fuerant
quibus restiterat fidei et cirene-
sium a cirene ciuitate et alexan-
drinorum et eorum qui erant a ci-
licia et asia inuenientes qui sibi

De captiuacione stephani

proxime sunt disputantes cum
Stephano et non poterant re-
sistere sapientie et spiritui qui in eo
loquebatur. tunc introduxerunt
duos falsos testes qui testi-
ficarentur eum dixisse blasphe-
mia in deum et moysen et com-
moverunt plebem et seniores et
scribas et adduxerunt eum in con-
cilium et surrexerunt duo
falsi testes et dixerunt Iste
homo non cessat loqui adversus
locum sanctum et moysen .q.d. de-
[illegible] templo et legi audivimus
enim dicentem quia Jhesus Na-
zarenus destruet locum istum
et mutabit tradiciones quas tra-
didit nobis moyses et omnes
qui intuebantur eum sedentes
in concilio videbant faciem eius
quasi faciem angeli. Et dixit ad
eum princeps sacerdotum. Nunquid
ita se habent. Tunc aggressus
est beatus Stephanus fallere
quandam sermone et quia argue-
batur de blasphemia in deum et
in moysen ideo premittit in prin-
cipio sermonis commendacionem
dei dicens deus quod locutus est pa-
tribus et prius esse deum mage-
state et glorie et statim astendit
[illegible] moysi michaelis
ab altiori scilicet a commendacione patrum
a quibus descendit moyses. Inche-
at itaque abraham quomodo egressus
de caldea venit in mesopotamiam
et inde in carram et inde in iudeam.
Viri mei fratres et patres au-
dite. deus glorie apparuit
patri nostro Abrahe cum esset in
mesopotamia. priusquam moraretur
in Carram et dixit ad illum. Exi
de terra tua et de cognatione tua
et terram addit. [illegible] et
de domo patris tui. Hec a stephano
non premittitur quia sacientibus loqui-
batur. Ideo hystoria breviter
tangit. Sed cum tunc sit quod notam

De simone stephani

Sed videtur obliqui libro genesis
ubi videtur contrarii quod post mortem
patris scilicet Thare dictum fuit hoc
Abrahe. de quo constat quod mortuus
est in carram. Sicut et filius eius cum
eo habitavit et dictum est in carram
id est inde est ergo quod hic dicitur priusquam moraretur
in carram. potuit ei utrobique dici
vel ubi dicitur et dixit ad illum. scilicet prius
ea in carram sed sive in mesopotamia
sive in carram sive utrobique dictum
sit quod dictum sit ei exi de terra
tua. Nunquid iam exierat de caldea
utique. Sed adhuc ibi tenebatur
spe et desiderio redeundi. propterea
ergo ei ut exiret mente quia iam exierat
corpore vel potest dici quod mesopo-
tamia est civitas in caldea sita et ita
de caldea egressus est id est de regione
ipsa caldee venit in mesopotamiam in
alia parte caldee et inde venit
in carram que adhuc erat in mesopota-
mia. tunc exivit de terra caldeorum et de
mesopotamia contra adest quod inter
ibi dictum et postea venit in carram
et inde postquam de terra propria mortuus
est pater eius transtulit eum deus in
terram istam in qua vos habitatis
vel tunc exivit de terra caldeorum
mente et inde id est deinde scilicet postquam depo-
sitam illam voluntatem post mortem pa-
tris translata est in terram istam. vel
si intelligatur dictum vel in terram
plane legitur. in hebrea et inde quia
hebreo habetur de igne caldeorum
id est de igne. Caldei enim ignem ado-
rabant et per ignem traducebant
parvulos suos sicut nos baptizamus
per aquas baptismatis. Et dicunt
hebrei quod quia Thare et filii eius
cum essent in caldea nolebant adorare
ignem. proiecti sunt a caldeis in ignem
et combusto Aram fratre Abrahe Abra-
ham non est a domino liberatus. Unde super-
ius dictum est a domino Ego sum dominus
deus tuus qui eduxi te de igne
caldeorum.

Incidencia de abraham

Postquam autem liberatus est cum patre
suo Thare et Nachor fratre et
Loth nepote et tota familia venit
in carram et inde post mortem patris
ibi remanente fratre Nachor venit
in iudeam. Et non dedit illi deus he-

hereditate in ea nec passum pedis.
nec etiam minimam partem quam sibi
possedit nisi titulo emptionis. Spe-
luncam enim cum agro non hereditate
possedit sed precio emit ab effron
filio seor ethei. Sed repromisit dare
illam in hereditatem semini eius post
ipsum cum non haberet filium dicens. Sciat
semen tuum a colam i. acola i. acola i.
peregrinum in terra aliena CCCC et ser-
vitutis et in parte hinc temporis subici-
ent eos servituti et male tractabunt
eos Egipcii quia per C xl iiii^or annis
fuerit in servitute Egipte et gen-
te cui servierint ego iudicabo dicit
dominus. Et post hec exibunt et servient
michi in loco isto. Sit ordinata constitu-
tione licet in nichil scrapuli sur-
git inde. Hos quadringentos xxx
annos computat Rabanus a die
qua facta est hec promissio Ab-
rahe usque ad egressum de Egipto
a tempore namque promissionis
facte Abrahe usque ad ingressum
Jacob in Egiptum fluxerunt CC xv
anni et ab ingressu usque ad e-
gressum totidem. Sic Rabanus cum
consonanter inde apostolus dicens
quod post CCCC et xxx annos facta est
lex. Commendacio sermonis Stephani
Beda et Augustinus quod dictum est in
Ysaac notabitur et semen ad
hebreos. Sunt vero qui computant istos
CCCC et xxx annos a nativitate Ysaac
usque ad mortem duorum regum et sermo
Abgiis Basan prosequitur deinde hi-
storia breviter de Stephano et de-
dit illi testamentum circumcisionis et
genuit Ysaac et circumcidit eum
octava die et Ysaac genuit Ja-
cob et Jacob xii patriarchas et
patriarche emulantes Joseph ven-
diderunt eum in Egiptum i. negocia-
toribus qui transtulerunt eum in Egip-
tum quia breviter transiit et erat
deus cum eo et eripuit eum ex omni-
bus tribulacionibus eius et dedit
ei sapienciam et graciam in conspectu Pha-
raonis regis Egipti et constitu-
it eum prepositum super Egiptum
et super omnem domum suam. Venit au-
tem fames in universam terram
et audiens Jacob frumentum esse
in Egipto primo misit filios
post ea ipse cum xx v animabus descendit

in Egiptum vitans licet 2^m librum
geneseos quod cum lxx vi animabus
intrant et si computentur ipsi Ja-
cob et Joseph cum duobus filiis
non sunt nisi lxx. Lucas heredi-
dit lxxv patriarcharum computans
nepotes Joseph sequens editionem
lxx que magis erat autentica
quod nisi sequeretur forte nunquam
crederetur ei et omnibus eius suspectum
haberetur. Et defunctus est ipse Jacob
in Egipto pater noster et patri-
archae et translati sunt in Sy-
chem. Hoc de solo Joseph legitur
quod filii Israel ad terram promissionis
ossa eius de Egipto transtulerunt
quod etiam fecisse leguntur et se-
pulta sunt in Sychem. Denique
est quod hic pluraliter dictum est
translati sunt in Sychem
Concedendum est ut dicit beda sancti
Stephano credendum est Jeronimo
qui in historia paule dicit
cum transisse per Sychem ubi vi-
disse sepulcra xii patriarcharum
nisi illi hoc translati sunt in Sy-
chem et inde posita sunt post eam in se-
pulcro quod emerat Abraham
precio argenti a filiis Emor fi-
lii Sychem in spelunca scilicet dupli-
ci quam emit CCCC sicliis ab Effron
filio Seor Ethei scilicet in Abrahamo Ab-
ubi sepulta est Adam cum Eva Ab-
raham et cum Sara Ysaac cum Re-
becca Jacob cum Lia. Sed quod emit
hoc dictum est in sepulcro quod emit
Abraham a filiis Emor filii
Sychem cum constet Abraham
emisse sepulcrum ab Effron. Ideo Beda
Ideo sic construunt quod dictum est
translati sunt in Sychem et po-
sita a filiis Emor filii Sychem.
Beda quod inde est quod dicitur Emor filii
Sychem cum constet Sychem fuisse
filium Emor potuit esse quod
fuerint duo Sychem quorum
alter a Luca dicitur pater Emor al-
ter in genesi filius eius. Beda
ita ordinat constructionem ut in-
principium sermonis et fine hec
unde a filiis Sychem filii Emor
et ille locus continet libro
geneseos ut hoc omnis excludatur
dubitacio. Ita construatur ha-
bita translati in Sychem S-
ychem dicitur empta a Jacob

Incidens de sepultura patrum

Prosecucio sermonis stephani de yozeph et moyse

s. a filiis Emmor filii Emor
hic qui dicitur in illa Sichem
quam emit Jacob non Abraham
et inde post ea positi sunt in sepul-
chro quod emit Abraham ab Effron
etheo. s. in Abrahamis

Postea redit Stephanus ad
ordinem hystorie quam quodam-
modo digressus fuerat et conti-
nuat ei quod dictum est post hec
exibunt et servient mihi in loco isto.
Cum autem appropinquaret tempus re-
promissionis crevit populus et multi-
plicatus in Egypto quousque surre-
xerit alius rex in Egypto qui
ignoravit beneficia Joseph id est im-
memor beneficiorum Joseph. Hic
affligit patres nostros et precepit
necari pueros nostros eo tempore
quo dedit edictum occidendi
pueros natus est Moyses et fuit
gratus deo. Hec quo descendit
ad commendacionem Moysi quem arguebat
blasphemasse in eum. Qui
cum nutritus esset tribus mensibus
in domo patris sui proiectus est
in flumine et sustulit eum filia
Pharaonis que venerat ad flu-
men ut lavaret et enutrivit eum
sibi in filium. Et nutritus est omni
sapientia Egyptiorum et erat potens
verbis et operibus suis id est eloquens
et fortis. Cum autem esset xl annorum
visitavit fratres suos israel cum
videret quendam ibi occidit Egyp-
tium. Et quante cum Hebreos pu-
tavit fratres intelligere. Quod ipse in-
telligebat in spiritu quod per manum
illius donaret filios israel a
manu Egyptiorum esset liberaturus
at illi non intellexerunt. Et cum se-
quenti die vellet reconciliare He-
breos duos litigantes qui iniuri-
am faciebant alteri repulit
eum dicens quis te constituit
iudicem et principem super nos?
Numquid me vis interficere sicut
heri interfecisti Egyptium. Hoc
audito timens sibi fugit in
terra Madian ubi de Sephora
filia sacerdotis Madian quam du-
xit duos genuit filios. Ex-
pletis autem annis xl apparuit
illi filius dei in deserto mon-
tis Synai cum minaret greges
ad interiora deserti in rubo

et facta est vox domini ad eum dicens
Ego sum deus patrum vestrorum et tre-
mefactus est Moyses. Dixit autem
illi dominus Solve calciamenta
de pedibus tuis locus enim in quo
stas terra sancta est. Vidi afflictionem
populi mei qui est in Egypto et gemi-
tum eorum audivi et descendi liberare
eos. Et nunc veni et mittam te in
Egyptum. Hunc Moysen quem ne-
gaverunt dicentes: quis te constituit
principem super nos misit deus principem
et redemptorem eorum de servitute
Egypti cum manu id est opere vel auxilio
angeli qui apparuit in rubo. Hic
eduxit eos faciens signa et prodigia
in terra Egypti et in mari rubro
et in deserto annis xl. Hic est Moyses
qui dixit filiis israel. Prophetam suscita-
bit vobis deus de fratribus vestris
ipsum tamquam me audietis. Hic est
qui fuit in ecclesia id est in congregacione
populi israel in solitudine Synai cum
angelo qui loquebatur in monte cum pa-
tribus nostris qui accepit verba vite dare
cui noluerunt obedire patres nostri. Sed
repulerunt eum et aversi sunt cordibus
suis in Egyptum ad Aaron dicentes
Fac nobis deos qui nos precedant
et fecerunt vitulum et hostias ei ob-
tulerunt. Reprehensio stephani ad iudeos

Postea quia dicebat eum destruxisse
locum sanctum subdit de commenda-
cione tabernaculi quod sanctum est tabernacu-
lum testimonii vel quod in eo erat
archa testamenti vel quod in foribus taber-
naculi causas litigantes diffiniebant.
Tabernaculum inquit testimonii fuit cum
patribus nostris in deserto sicut disposuit
deus admonens loquens ut faceret
illud secundum formam quam viderat in
monte. Quod habuerunt patres nostri
usque in diebus David. In diebus autem
Salomonis templum tabernaculo
successit, post ea incepit eos arguere
per quod puniebant se a veritate sibi a
patribus tradita abiecto deum dicens et
incircumcisi cordibus et auribus vos
spiritui sancto resistitis sicut et patres
vestri. Que prophetarum non sunt persecuti
patres vestri. Hec audientes dissecabantur
cordibus suis et stridebant denti-
bus in eum. De lapidacione stephani

Cum autem esset stephanus
plenus spiritu sancto intuens in celum
vidit gloriam dei et ihesum in forma humana.

na stante a dextris dei stans ap-
paruit ei tanquam paratus ne turbaretur
lapidandus. Ideo eum ipse quo sta-
bat. Et passim ei sublimiter ins-
trabat quod stare pugnantis
est vel adiuvantis. Et ait ecce video
celos apertos et filium hominis sta-
tem a dextris virtutis dei. Tunc ex-
clamantes voce magna clauserunt
aures suas quasi abhorrentes audire
blasphemiam et impetum fecerunt
unanimiter in eum. Et eicientes eum
extra civitatem lapidabant in hoc
secundum legem se agere arbitrantes. Nam
secundum legem blasphemus educebatur
extra castra et ibi lapidabatur ab
universo populo. Et testes duo si fal-
si quia primum secundum legem tenebantur
lapides proicere quia in lege dictum
est de blasphemo prima manus te-
stium lapidabit eum. Deposuerunt
vestimenta sua ne inquinarentur tactu
illius secus pedes adolescentis
qui vocabatur Saulus postea vo-
catus est Paulus. Qui teste Beda
in hoc deus misericorditer pro-
vidit quia non est manus eius san-
guine innocentis polluta sed ta-
ntum servavit lapidantium vesti-
et consensit eis. Unde tanquam
duplici morte periret nisi deus ei
postea prima inspiraret. Lapi-
daverunt ergo Stephanum invo-
cantem et dicentem domine Ihesu
accipe spiritum meum. Positis autem
genibus sicut et Christus ait ad patrem
In manus tuas domine commendo
spiritum meum. Positis autem genibus
clamavit voce magna dicens domine
ne statuas illis hoc peccatum quia ne-
sciunt quid faciunt. Multi enim ex
eis qui estimabant credendo estima-
bant se implere legem. Ut ipse dominus
predixerat: Veniet hora ut omnis
qui interficiat vos arbitretur obsequi-
um prestare deo. Et cum hec dixisset ob-
dormivit in domino. Et facta est
persecutio magna in ecclesia que
erat Ierosolimis quia occiso beato
Stephano uno de principibus
ecclesie et qui primus erat diaco-
norum attemptaverunt alios per-
sequi ceperunt itaque omnes di-
scipuli preter apostolos qui ut pa-
stores gregis ceteris erant constan-
tiores dispersi sunt per regiones
Iudee et Samarie fugientes

a facie persecutorum. Mirum quod pre-
pararet dominus quod si persecuti vos
fuerint in una civitate fu-
gite in aliam. Remanserunt autem
de Stephanum viri timorati
in mirum more et lege diligen-
tiam adhibuerunt sepulture
et fecerunt planctum magnum
super eum. Tunc apostoli prudentes
hii adventus in posterum essent
transitum prudentibus fideli-
bus qui erant in Ierusalem Ieroso-
limi ordinaverunt Iacobum Al-
phei episcopum Ierosolimorum et
imposuerunt ei manus Petrus
Iacobus et Iohannes. Ideo a mul-
tis sumitur quod tribus episcopis episcopus de-
consecratur.

De paulo persequente ecclesiam

Paulus vero devastabat
ecclesiam distinguens pro-
ximos viros ac mulieres et detru-
dens in carcerem. Neminem tamen occi-
debant domino custodiente manus
eius ne sanguine innocentium
pollueret. Hii autem dispersi
fuerant pertransibant de loco ad
locum evangelizantes verbum
dei. Nichilominus quia dispersi con-
stantes in predicatione evange-
lii. Philippus autem diaconus
secundus a Stephano descendens
in civitatem Samarie predica-
bat ibi Christum et intendebant
turbe unanimiter hiis que a Phi-
lippo dicebantur videntes miracula
que faciebat quia multos demo-
niacos liberabat, multos pa-
raliticos sanabat et claudos eri-
gebat. Erat autem ibi Simon magus
seducens gentem cui auscul-
tabant omnes a minimo usque ad ma-
ximum quia magicis artibus multa
faciebat. Unde dicebant ipsum esse
virtutem dei magnam estimantes
esse prophetam vel angelum vel dei
filium quia mentes eorum dementaverat
hiis magicis artibus subvertebat. Cum autem
crederent Philippo evangelizan-
ti de regno dei in nomine Christi et
baptizarentur viri et mulieres Si-
mon simulate se credens et ba-
ptizatus est. Videns autem per Phi-
lippum fieri miracula queque et quod
ea ipse facere non poterat ne-
gotium ita facile putavit cognadem

et dispersione discipulorum capitulum

industria fieri ideo ficte bap-
tizatus est ut familiarius
eis adhereret et addisceret ar-
tem qua similia posset facere

De consilio Petri

Cum autem audissent apostoli qui erant
Ierosolimis quod recepisset verbum
dei Samaria miserunt ad eos
Petrum et Iohannem. Qui cum venis-
sent oraverunt pro ipsis ut accipe-
rent spiritum sanctum invisibiliter quia forte
nondum venerat. Nondum enim in
quemquam illorum venerat id est invisibiliter
descenderat. Constat enim quod invi-
sibiliter spiritum sanctum acceperant cum
baptizati essent in nomine domini
Ihesu. Tunc imponebant manus su-
per illos et accipiebant spiritum sanctum
ita quod visibili signo ostenderetur
cum linguis omnibus loquerentur.
Constat hunc Philippum fuisse
diaconum non apostolum quia si fuisset
ecclesia super Mathiam qui manum
impositionem reservavit apostolis
que postea reservatur hodie solis
eorum vicariis id est episcopis qui manus
imponunt ad frontem liniunt id est
confirmationis ubi datur spiritus sanctus ad
robur. Si enim Philippus iste
apostolus esset statim baptizatis
manus imponeret non adveniret ad
alios expectaret. Cum autem vi-
disset Simon quod per impositionem manus
apostolorum daretur spiritus sanctus pu-
tans eiusdem industria hoc
ab eis fieri et hanc posse ab
eis emi optulit eis pe-
cuniam dicens. Date mihi hanc po-
testatem ut cuicumque imposuero
manum accipiat spiritum sanctum. Et sic voluit
emere hanc potestatem ad lucrum ad
quem Petrus pecunia tua sit tecum
in perditionem. Sic potest distingui
ne videatur imprecari pecunia
tua tecum sit scilicet ducens te
in perditionem vel imprecando ait in
perditionem pecunia tua tecum sit id est
pecunias tua habeas et perdas pe-
nas eternas habeas. Petri enim cum
sint maledictiones presagiunt non
devote ultionis sed intuitu
iustitie in ea prorupit. Non est
tibi pars in sorte hac ut ad manum tua
impositionem detur spiritus sanctus. Cor
enim tuum non est rectum coram deo
penitentiam itaque age ab hac

nequitia tua et roga deum si forte
remittatur tibi hec cogitatio cordis
tui. In felle enim amaritudinis et ob-
ligatione iniquitatis video te es-
se. Habebat Petrus enim in ipsum penitentiam
nomine acturum. Sed ad hoc cum ex-
ortaretur orare eum ostendens Simo-
nem sciens se indignum a deo ex-
audiri noluit. Sed ait apostolis Preca-
mini pro me ut nihil superveniat
horum que dixistis. Petrus non et
Iohannes redibant Ierosolimam et
multis civitatibus Samaritanorum
ewangelizabant.

De conversione eunuchi per Philippum

Angelus autem domini locutus
est ad Philippum dicens Sur-
ge et vade contra meridiem
ad viam que descendit ab Ierusalem in
Gazam. Et est heclesia super urbem
hec id est in Maffuta. Et d. Vade ad viam
que a Ierusalem per Gaza descendit
in Affrica hic scilicet Gaza destructa est.
Vetus enim Gaza que olim erat ter-
minus Chananeorum iuxta Egyptum
destructa erat et loco eius edifica-
ta alia. Et surgens abiit et ecce
vir Ethiops eunuchus potens
in domo Candacis regine qui erat
super omnes gazas eius. Erat enim con-
suetudo eunuchos custodire the-
sauros potentum. Venerat adorare
in Ierusalem et ut traditur in aliis hy-
storiis per eum misit multa dona templo
in Ierusalem Candace regina Ethiopum.
Et nota quod omnes regine Ethiopum
dicebantur Candaces sicut Romani
imperatores dicebantur Cesares. Nec
habebant regem. Regio enim illa a
feminis semper regitur. Ethiops ille
sedens currum et legens prophetam Ysaiam.
Dixit autem spiritus Philippo Accede et ad-
iunge te currui. Accedens autem Phi-
lippus audivit eum legentem Ysaiam
prophetam et dixit Putas ne intelligis
que legis. Qui ait Et quomodo possum
si non aliquis ostenderit mihi. Et rogavit
Philippum ut ascenderet et sederet secum.
Erat autem hic locus scripture quem
legebant qui domino penitentiam sic
legendam ostenderat tamquam ovis ad
occisionem ducta est et sicut agnus
coram tondente se sine voce. Sic non
aperuit os suum. Respondens autem eu-
nuchus Philippo dixit. Obsecro te
domine ut dicas de quo propheta hoc dicit
de se an de alio aliquo apperiens

Et de Symone symoniaco

et forte Gaza
interpretatur
thesaurus
et ideo
sic est
posita

aut philippus os suum et incipiens
a scriptura hac ysaia [?] quicquid erat
evangelizavit illi Iesum. Et dum
irent via venerunt ad quandam aquam
et ait eunuchus. Ecce aqua quis
prohibet me baptizari. Ait autem phi-
lippus. Si credis ex toto corde licet
tibi baptizari. At ille. Credo dei
filium esse Iesum. Et inde quod cum in
primis videret philippus eunuchum fide
voluit hoc ab eo exteriorque confessionem
manifestam volens eum baptizare — subito
ut daretur formam baptizatis et ba-
ptizandis interrogandi et confitendi.
Unde hodie ob quandam dilatione
et protelatione scrutiniorum celebratur
solempne baptisma in sabbato
paschali quod incipiunt scrutinia in
media quadragesima ab ea die
qua decantatur Dum sanctificatus.
Et tunc iussit stare currum et descen-
derunt ambo in fluvium et baptizavit
philippus eunuchum. Et cum ascen-
dissent de aqua spiritus domini rapuit
philippum et amplius non vidit
eum eunuchus sed ibat per viam suam
gaudens. Philippus autem inventus
est in azoto et pertransiens evan-
gelizabat cunctis civitatibus
donec veniret Cesaream in qua
civitate domum habuisse legitur.
Et in ipsa hodie apparent vestigia
eius nec non et cubiculum in quo filie
eius virgines prophetisse [?]

Tunc redit **De pauli conversione**
historia ad ordinem suum pro-
sequens de paulo et continuans
ei quod supra dictum est. Saulus deva-
stabat ecclesiam. Quod enim dictum est
de philippo et conversione eunuchi
quasi incidens fuit. Saulus adhuc
spirans minarum et cedis in disci-
pulos domini id est adhuc comminans et
in eos conspirans et ardenter eos
afflictans accessit ad principem
sacerdotum et zelo fervoris eum
hortante petiit ab eo litteras ad
singulas iudeorum synagogas
que erant damasci ut eas auctoritate
quos inveniret damasci huius
vie viros et mulieres vinctos
perduceret in ierusalem. Et cum iter faceret
contigit ut appropinquaret damasco
et subito circumfulsit eum lux de ce-
lo et cadens in terram audi-
vit vocem dicentem sibi Sau-
le Saule quid me persequeris
in membris meis. Qui ait
timens Quis es domine an deus es
vel angelus. Ego inquit sum
Iesus nazarenus quem tu perse-
queris. Durum est tibi contra sti-
mulum calcitrare id est potentiori
rebellare. Et tremens ac stupens
dixit Domine quid me vis fa-
cere ac si diceret voluntatem
tuam indica michi quod presto sum
tibi obedire. At dominus
Surge et ingredere civitatem
et dicetur tibi quid te oporteat
facere. Viri autem qui comitabantur
eum stabant stupefacti audien-
tes quidem vocem id est sonum pauli
non eius qui loquebatur cum
eo neminem autem videntes. Si-
militer quod ipse paulus infra di-
cit et qui mecum erant lumen
quidem viderunt vocem autem non
audierunt eius qui loquebatur
mecum. Et surrexit de terra
et apertis oculis nichil videbat
cecus corpore qui prius cecus
fuerat mente. Ad manus autem
illum trahentes manibus
suis manus eius tenentes
[illegible] introdu-
xerunt eum damascum et erat
tribus diebus non videns neque
manducans nec bibens.
In quo triduo creditur apo-
stolus didicisse evangelium
ut gloriatur in epistola ad gala-
thas se non habuisse homi-
nem magistrum dicens Neque ab
homine accepi illud neque di-
dici sed per revelationem ihesu christi.
Improbabatur enim a quibusdam quod non
electus esset ab anania non
a christo. Unde vocabant eum
apostolum ananie. Hoc te mone-
at si quis legerit conversio-
nem factam primo anno dominice
passionis quorum secundum alterum
de annis usuali alterum de
anno evangelii dicatur. Sicut enim
computes primum annum dominice
passionis a kalendis [illegible]
ianuarii quo completo [illegible]
eius secundo anno conversus
est paulus. Cum autem [illegible]

ab ipso die passionis usque in
sequentem diem passionis anno
revoluto. qui est annus emer-
gens in primo anno passionis
domini conversus est

De baptismo pauli et vocatione eius

Erat autem damasci
discipulus quidam in evangelio
nomine Ananias et dixit ad
illum in visu id est in visione
dominus Anania. At ille ait Ecce
ego domine paratus tibi obedire
ad quod dominus. Vade. Surge
in vicum qui vocatur rectus et quere
in domo iude saulum nomine
tharsensem. Ecce enim orat. for-
san iudas erat proprium nomen ho-
spitis sui. vel forsan erat de
tribu iude ut sit sensus in do-
mo iude id est inter iudeos qui ibi
erant de illa tribu. Vel in domo
iude id est in vico iudeorum. Vicus
autem dicitur a vicinia vicinorum civium
ut dicit Rabanus ut ipse dicatur
vici vicina tota civitati habita-
tio et [illegible] alibi aliter accipitur
Et ne timeret Ananias venire
ad saulum quem noverat acerrimum
persecutorem christianorum addidit dominus
Ecce enim orat [illegible] id est timere
dum quod factum est de saulo paulus
de lupo agnus et ego etiam
revelavi ei adventum tuum
Iam enim vidit in spiritu te intro-
euntem ad se et imponentem
sibi manus ut visum recipiat
Respondit Ananias domine a multis
audivi de viro hoc quanta mala
fecit sanctis tuis in ierusalem et hic
habet potestatem a principibus sacer-
dotum alligandi omnes qui invocant
nomen tuum. Ad quem dominus va-
de quoniam vas electionis mihi est iste id est
vas electum et formatum [illegible] la-
tomus probatum ut portet no-
men meum coram regibus et gentibus
et filiis israel. et tu quidem ba-
ptizabis eum. sed non docebis
eum plus docebo eum. Ego enim osten-
dam ei quanta oportebit eum pati
pro nomine meo. ut per multas tri-
bulationes probetur vas electum et
mala que intulit sanctis patia-
tur. [illegible] abiit Ananias et ve-
niens ad hospitium pauli intravit
ad eum. et imponens ei manus di-
xit Saule frater dominus ihesus qui
apparuit tibi in via qua veniebas
misit me ad te ut videas in inte-
riori et exteriori oculo et imple-
aris spiritu sancto in presentiam plenius
accipias per ea in baptismo. et con-
festim ceciderunt ab oculis eius tamquam
squame et visum recepit. et sur-
gens baptizatus est. Et cum acce-
pisset cibum confortatus est et fuit
cum discipulis qui erant damasci per
dies aliquot. Et continuo ingressus
in synagogas predicabat ihesum quoniam
hic est filius dei. Stupebant autem omnes
qui audiebant et dicebant Nonne
hic est qui expugnabat eos in ierusalem
qui invocabant nomen istud et huc
venerat ut vinctos eos duceret ad princi-
pes sacerdotum. Saulus autem magis in-
valescebat et confundebat iudeos qui
erant damasci affirmans quia hic
est christus.

De persecutione pauli in damasco

Cum autem implerentur dies multi
a baptismo pauli consilium iudei
fecerunt ut eum interficerent et ex eo
quod dictum est cum implerentur dies
multi apparet iudeos hoc non fuisse fa-
ctum in hoc primo adventu damasci
sed in secundo quia forte transiit in syriam
et ciliciam et ibi predicavit et [illegible]
quievit. post ea cum iterum venisset da-
mascum quia magis suscitaverat
invidia iudeorum in secundo adventu
damasci statuerunt consilium ut eum
occiderent sed nota facte sunt
et insidie iudeorum. Custodiebant
autem portas civitatis die ac nocte
ut eum interficerent. non iudei [illegible]
damasci. prepositus gentis a rethe
custodiebat civitatem damascenorum
ad petitionem iudeorum. Sed tunc ipse ap-
postolus in epistola ad Corinthios
refert dicens Damasci prepositus gentis
a rethe regis custodiebat civitatem
damascenorum ut me comprehenderet.
Discipuli autem eius nocte dimi-
serunt eum in sporta per murum. Et inde
per [illegible] non est aditus eius
sed docuit discipuli simpliciter
per non habebat paulus disci-
et principali adventu ad apostolos

pulos sed omnes xpianam fidem di-
cebant discipuli. quia nondum inven-
tum erat hoc nomen xpianus. Re-
lapsus enim a iudeis damascenos
pervenit in ierlm volens iungere
se discipulis domini s. apostolis. Sed
omnes timebant eum ne crederent
quod esset discipulus. Tunc barna-
bas cyprius levites genere qui ut
supra dictum est precium agri ven-
diti posuit ad pedes apostolorum
apprehensum illum duxit ad apo-
stolos et narravit quomodo in via
vidisset dominum. Et quia locutus
est ei et quomodo in damasco
fiducialiter egerit in nomine ihu.
Duos autem apostolorum invenit in
ierlm ut ipse in epistola ad galathas
ostendit. s. petrum et iacobum fratrem
[illegible]. cum quibus mansit
xv. diebus sicut in epistola ostendit
dicens. Deinde post tres annos
s. a conversione mea veni in ierlm
videre petrum et mansi apud
eum xv. diebus. alium autem apo-
stolorum vidi neminem nisi iaco-
bum fratrem domini. Et erat cum
illis s. petro et iacobo et aliis
discipulis qui erant in ierlm
intrans et exiens per xv. dies
Deinde venit in partes syrie
et cilicie et ibi loquebatur gentibus
et disputabat cum grecis i. iudeis
interpretes dispersis. hec ad histo-
ria premissa brevitate. conscendit quod
totum in ierlm factum sit. Ita enim pro-
cedit hystoria sacra et erat cum
eis intrans et exiens in ierlm fi-
ducialiter agens in nomine domini
loquebatur quoque gentibus et disputa-
bat cum grecis. Illi autem s. iudei
grecisantes inter grecos cum hebreis
disputabant voluerunt eum occidere.
Quod cum cognovisset fratres de-
duxerunt eum cesaream. que civi-
tas est palestine. et inde dimi-
serunt eum tharsum. que est civitas.
Unde ipse fuit breviter sacra re-
dit hystoria ad petrum de actibus
diversorum apostolorum agens quasi modo
intercalari

De resuscitatione thabite

Factum est ut petrus
dum perlustrando discurreret
veniret lidda invenit autem
ibi hominem quendam nomine
eneam paraliticum ab annis octo
in grabato iacentem. Et ait il-
li petrus. Enea sanet te dominus
ihesus xpistus. Surge et sterne ti-
bi lectum qui prius per eum portabas
delecto surge. Et continuo surre-
xit et viderunt illum omnes
qui habitabant lidde et sa-
rone et conversi sunt ad dominum.
Erat autem in ioppe discipula
quedam xpiana s. que hebrai-
ce dicitur tabita. grece dorcas
latine autem damula vel caprea
Cuius mortem ... hoc quod tabi-
ta interpretatur puella. Unde
tabita cumi interpretatur puella
surge et ita dicitur secundum
interpretationes nominis. Hec erat
plena bonis operibus et elemo-
sinis quas faciebat et precipue
in conficiendo vestibus pau-
perum multum laborando insu-
dabat. Factum est autem in diebus
illis in quibus petrus venerat
liddam ut infirmata moreretur.
Quamque lavissent cadaver
posuerunt in superiori cenaculo.
Et cum lidda prope esset ioppen dis-
cipuli audientes quod petrus
esset lidde miserunt ad eum duos
viros dicentes ne pigriteris
venire usque ad nos et non appa-
ruerit ei causa. Exurgens autem
petrus venit cum illis et cum adve-
nisset duxerunt illum ad cenaculum
ubi iacebat mortua tabita.
Et circumsteterunt eum omnes vidue
flentes ostendentes ei vestes
quas faciebat illis dorcas
ut operibus mei ipsam operam
dedisse ostenderet. Et petrus
ad cenam passorum monuit. Tunc
petrus omnes eiecit non tamquam
pompam aliquid factura quod vellet
aliorum latere vel quod in magicis
artibus vel gestu demum
aliquid machinaret. Sed magistrum
suum volens imitari qui filiam
archisynagogi suscitavit

omnibus de domo eiecit paucis
exceptis vel quia forte non sunt
adeant visionem miraculi in-
digni eiectis omnibus foras
flexo genu flexis oravit
et conversus ad corpus dixit
Tabita surge At illa aperuit
oculos et viso petro resedit
dans autem illi manum illi ere-
xit illam eam Et vocatis quos
eiecerat reddidit eis eam vivam
Et notum factum est miraculum
per universam Joppe et multi credi-
derunt in deum et moratus est
petrus in Joppe multis diebus
apud Simonem coriarium vel
curiarium vel a corio vel a
curia quia forte curialis erat
Ideo dictus curiarius vel preerat
corio et ideo dictus coriarius

De visione cornelii

Vir autem
erat quidam in Cesarea nomine
Cornelius Centurio cohortis que
dicebatur Italica quia missa fue-
rat a Roma civitate que est in
Italia quia Romani imperatores
mittebant milites suos per ci-
vitates custodiendas [illegible]
et erat religiosus super gradum
et timens deum religiosus super
gradum timoris timens infra
gradum religionis i. perfecte est
super gradum timoris Inquantum
religiosus super gradum timoris
Inquantum timens deum infra
gradum religionis ut in nomine re-
ligionis intelligas primum perfecte
erat igitur religiosus cum omni
familia sua que religiosa
erat et timorata faciens mul-
tas Elemosinas plebi non
acceptor personarum Iste cum esset
circa horam nonam diei vidit in vi-
su manifeste i. manifesta visi-
one non per somnium vel in extasi
angelum dei introeuntem ad se
et dicentem sibi Corneli At ille
intuens eum timore correptus di-
xit Quis es domine At angelus
Orationes et elemosine
tue ascenderunt in memoria in con-
spectu eius dei Et nunc mitte
viros in Joppe et accersi Simo-
nem quendam qui cognominatur

petrus hic hospitatur apud Si-
monem quendam coriarium cuius domus
iuxta mare tyrenum quia Joppe
civitas terre promissionis erat mari
tyrreneo contigua et in ipsius orien-
tali littore sita et ex parte littoris
erat domus Simonis coriarii hos-
pitis petri hic tibi dicet quid
te oporteat facere Et cornelio
dictum est ab angelo exaudite sunt
orationes tue Unde constat eum tunc
fidem habuisse quia in hoc consonat [illegible]
sine fide nemo venit ad opera et ho-
[illegible] Nondum tamen credebat christum
incarnatum quia de tempore incarnationis erat
ignorans an iam incarnatus an adhuc
incarnandus non tamen subeat falsi-
tas fidei eius quia cum fidem incarna-
tionis haberet salva fide poterat esse
in ambiguo an iam venisset
an adhuc incarnandus venturus esset
quia non in illo scriptorum patet latuit
christum natum esse [illegible] natus
est ut Simeonem [illegible] usque ad
quadragesimum diem nativitatis Isto tamen
putandum est eos fidem incarnationis
fieri habuisse quia tempus non est
de articulo fidei immo tamen non dum
esset eis revelatum vel in veritate quia
iam natus esset salva fide licuit
eis esse in ambiguo an iam natus
esset an adhuc nasciturus Cum dis-
cessisset angelus a cornelio voca-
vit duos domesticos suos et militem
timentem deum quia de domesticis non
est dictum quia constabat familiam eius
religiosam esse et timoratam esse
quibus cum narrasset singula mi-
sit illos in Joppen

De visione petri [illegible]

Postea autem die iter
facientibus illis et appropinquan-
tibus civitati Joppe vel appropinquan-
tibus secundum aliam litteram ut iam
possent videri de hospitio petri
i. de domo Simonis Coriarii as-
cendit petrus in superius cenaculum
hospitii sui circa horam sextam ut in
secreto oraret et post orationem come-
deret quia tempus erat comedendi et ipse
patiebatur esuriem Et parantibus pran-
dium ministris cum ipse esset in oratione
cecidit super eum extasis quia deo o-
perante passus est alienationem

mentis ita ut non videbatur sen-
sibus humanis et in huiusmodi ec-
stasi vidit celum apertum in aere
et de aere apparuit descendens vas
quoddam velut lintheum magnum
de celo submitti in terram quatuor
lineis vel lintheis vel initiis quod
lta verior sit est. Dicuntur autem
initia funiculi molles quibus cum
ligantur pueri in cunabulis facti
de stupa in quo vel desuper acto apparebat
nobilium videbatur quod ei vas id
est lintheum ligatum in hiis quatuor
cornibus alligatis in aere appen-
sum et ita dimitti in terram et in eo
esse omnia genera animalium quadrupe-
dia serpentia terre. Et tu cum vi-
deret facta est vox ad eum dicens
spu — Surge Petre ~~et comede~~ macta
et manduca ac si diceretur ei. Tunc
adgentes et occide in eis vicia
et sic est in corpus. Absit inquit
domine quia numquam manducavi com-
mune id est immundum. Et est ydioma he-
breorum reputantium cibos communes
quibus communiter utebantur gentes.
Unde vocabant quasi quod iudei
aborrent quod Petrus quod dictum est
ei manduca quod ostensa fuerunt
ei quadrupedia et serpentia secundum
legem immunda quia quale videbatur
et cibis in lege prohibitis
et maxime timebat reprehensionem
iudeorum. Si uteretur cibis gentilium
et ideo ait ita abhorret. Facta est
vox secundo ad eum dicens quod
deus purificavit que non dixeris
quod constat ei specialiter dictum
fuisse de gentibus in dei presentia per
fidem purificatis de quarum purifica-
tione instruxerat Petrum. Vox prima
facta ad eum dicens occide et
manduca, nam tu omnia fuisset
ei serpentia terre constat ea non fu-
isse a deo purificata nec aliqui-
bus sive iudeo sive gentili adeo
medendum munda. Hoc autem factum
est ei per ter, scilicet vas semel iteratum
et tertio in terram dimissum.
Et vox ter audita est pro
commendanda veritate visionis. Ita
ut dicit Ambrosius in cathe-
chismo fit trina iteratio scilicet credis in
deum, abrenuncias sathane, vis ba-
ptizari. Similiter trina unctio

in vertice in scapulis in pectore
in baptismo et fit trina mersio
Post trinam vasis ostensionem
receptum est vas in celum. Et dum
intra se cogitaret Petrus quid
sibi vellet hec visio ecce tres
viri qui fuerant missi a Corne-
lio inquirentes domum Simonis
coriarii steterunt ad ianuam
querentes si Simon qui co-
gnominatus est Petrus illic ha-
beret hospitium et cogitante
Petro de visione dixit ei Spiritus
Ecce tres viri querunt
te causam tamen non cur quere-
rent et subditur. quod ? ne
abeas prorsus quesivit extrema
ad confirmanda humilitate ali-
quam profecit prius tempore anim-
advertit et tempore non tangit
Surge igitur et descende
et vade cum eis nichil du-
bitans quia ego misi illos.
Descendens autem Petrus di-
xit ad illos vel eos. Ecce e-
go sum quem queritis que causa est
propter quam venistis. At qui illi
Cornelius Centurio vir re-
ligiosus ac timens deum et
testimonium habens ab omni uni-
versa gente iudeorum responsum accepit
a spiritu sancto ut accersiret te in
domum suam et audiret verba
a te. Et introduxit eos ad
hospitium et fuerunt cum eo no-
cte illa. Sequenti autem die pro-
fectus cum illis et quibusdam
fratribus qui eum comitati sunt
a Joppe ut ei testes essent.
Altera autem
die secunda ab ingres-
su de Joppe introiit Cesa-
ream Cornelius vero exspecta-
bat illos convocatis cognatis
suis et suis necessariis ami-
citiis. Amici vero sicut
qui non deserunt homines in
articulo necessitatis. Et cum
introisset Petrus occurrit ei
Cornelius. Et procidens ad
pedes eius adoravit eum. Propter
servitium corporis exhibens devo-
tionem mentis. Petrus vero
elevavit eum dicens Surge

De adventu petri ad cornelium

te quia ego homo sum ut tu. Et cum multi essent congregati et amici quibus talia locutus est eis petrus dicens vos scitis quod abhominabile est viro iudeo accedere ad alienigenam sed ostendit michi deus nullum hominem immundum esse. Propter quod sine dubitatione veni accersitus. Interrogo ergo, ob quam causam accersisti me. Adque Cornelius ait nudius quarta die usque in hanc oram hora orabam hora ix in domo mea. Ac si diceret quarta die ab hac hora secundum innouacionem dierum prima septima die, vidit angelum et misit nuncios qui venerunt nudius tercius in ioppen. Tercia profectus est petrus cum eis et in quarta remanserunt in via, quarto venerunt Cesarea. Et ecce vir inquit stetit ante me in veste candida et ait Corneli exaudita est oratio tua et elemosine tue accepte. Mitte in Ioppen et accerse Symonem qui cognominatur petrus et statim misi ad te et tu bene fecisti veniendo. Nunc ergo nos omnes adsumus in conspectu tuo audire omnia quecumque tibi precepta sunt a domino. Tunc aperiens petrus os suum dixit: In veritate comperi quia non est personarum acceptor deus non discernit inter gentiles et iudeos sed in omni gente qui timet illum et operatur iusticiam acceptus est illi. Vos scitis quod Iohannes predicat Ihesum a Nazareth. Scitis eciam quod factum est verbum id est evangelium predicatum per universam iudeam incipiens a baptismo Iohannis quo baptizatus est Ihesus. Sequens Ihesus quomodo unxit eum deus spiritu sancto et virtute qui pertransiit benefaciendo et sanando omnes a diabolo oppressos. Et nos testes sumus omnium que fecit in regione iudeorum

et quod eum suspenderunt in ligno et tercia die suscitatus est a deo. Nunc nos testes sumus qui manducavimus et bibimus cum illo postquam resurrexit a mortuis quibus precepit predicare populo et quia ipse est qui constitutus est a deo patre iudex vivorum et mortuorum quod pater dedit illi omne iudicium. Nec nos soli sed etiam omnes prophete illi testimonium perhibent quod omnes per nomen eius remissionem peccatorum accipiunt qui credunt in eum. De conversione cornelii et multorum aliorum

Adhuc loquente petro verba hec cecidit spiritus sanctus id est descendit repente super omnes qui audiebant verbum. Petro autem igneis linguis vel in alia visibili specie descendit. Mirati sunt et obstupuerunt qui erant cum petro. Fideles de circumcisione quod eciam in nationes id est in gentiles gratia spiritus sancti effusa est. Audiebant illos loquentes linguis et magnificantes deum. Tunc respondit petrus: Numquid aquam quis prohibere potest ut non baptizentur hii qui spiritum sanctum acceperunt sicut et nos. Quod mirum est quod baptizari et iussit eos baptizari in nomine Christi subticens formam baptismi a domino traditam pro dilatacione nominis cristi in quo nomine et intelligitur ipse qui unctus est et pater a quo unctus et spiritus sanctus quo est inunctus. Tunc rogaverunt eum ut maneret cum eis et mansit rogatus cum eis aliquot diebus in quibus primo creditur usus fuisse cibis gentilium unde postea redargutus est et dilatatum est verbum et declaratum usque ad fratres qui erant in iudea quia gentes receperunt verbum dei. Et hec fuit prima visitacio particularis apostolorum ad gentes in quo conversus est cornelius cum familia sua. Excusacio petri de conversione gentilium

Cum autem ascendisset petrus Ierosolimam disceptabat

De conversione cornelii et aliorum gentilium

aduersus fideles de circumcisione
dicentes quare introisti ad
viros prepucium habentes et manduca-
sti cum illis etc. quod in duobus contra
legem fecisti .s. quia intrasti
ad eos et cum cibis eorum con-
sensus es. Tunc magister pe-
trus exposuit eis per ordinem osten-
sam sibi visionem et quid appa-
ruerat angelus Cornelio
et in tota prosecucione sua addi-
dit insuper xim. viii. Ubi dictum
est cornelio mitte et accersi Si-
monem qui cognominatur petrus
ubi addit qui loquetur tibi ver-
ba in quibus salvus eris tu et
universa domus tua. Et ecce quod
subdit statim: cecidit spiritus sanctus
super eos sicut et in nos ab ini-
tio. Premittit quod super cornelium
et familiam suam descendit
spiritus sanctus in linguarum generibus
sicut descenderat super apostolos
die penthecostes. Et tunc inquit
recordatus sum verbi domini quod
nobis dixit Johannes quidem ba-
ptizavit aqua vos autem ba-
ptizabimini spiritu sancto. Videtis
hoc autem hoc impletum in
Cornelio et familia sua.
Audita que petri excusatione
multiplici, desiterunt ab im-
crepatione eius et gratias egerunt
salvatori et ita impleta
est prophetia: ab aquilone
veniet aurum et additur formi-
dolosa laudatio id est protestacione
infidelitatis. Gentiles
comparabiles aquiloni qui in te-
nebris erant id est in cecitate
anime perceperunt lucem fidei
proximum illuminacione digeritur
hic demum formidolosa lau-
datio quia preter opinata et
repentina gentium conversione
fideles de iudea timentes glo-
rificaverunt deum.

De predicacione apostolorum in diversis provinciis.

Tunc redit hystoria
ad ordinem suum quod enim lucas
interserit .s. de philippo pe-
tro et Johanne et paulo
prosequa quod supra dictum est quod hii
qui dispersi erant pertransibant
Evangelizantes verbum
dei quasi in cadens sunt
prosecutus. Ergo in hunc
modum et illi qui dispersi
erant a tribulacione que
inceperat a morte Stepha-
ni perambulaverunt usque
ad phenices provinciam Syrie
occidentalem et Cyprum
neminem loquentes verbum
nisi solis iudeis. Erant
autem ex eis quidam de cypro
et Cyrene cum intro-
issent Anthiochiam loque-
bantur ad grecos adnunciantes
dominum ihesum. Et erat manus
domini cum eis et multus numerus
credencium conversus est ad dominum.
Super hunc locum dicit
Beda quod interpretator sim-
ronis cepit. Ecclesia crescere
per conversionem quod propter simboli
Nicolai Anthiocheni videtur petrus
in visione cum aliud vas
dictum finisse. Aliud dicta
delatus est ad aures ecclesie
que erat Jerosolimis de
conversione anthiocenorum
et volentes plene certificari,
miserunt Barnabam
in anthiochiam qui cum
venisset et vidit graciam
domini gavisus est et exor-
tatus est omnes ut in propo-
sito cordis manerent in domino
quia erat vir bonus plenus
spiritu sancto et fide. Et dicit
super hunc locum Rabanus
Barnaba ideo multiplicat
commendatum ne putetur
pro indignitate sua ani-

fuisse apostolum et erat Rabanus
in ea opinione. Secundum quam
dicitur Barnabas ille super
quem proiecta est sors cum Mathia
postea cum Paulo in apostolum
electus est. Nobis alia sequimur
videmus autem Barnabas quod non
sufficeret ad erudiendum tan-
tam multitudinem venit Tharsum
ut quereret Saulum et inventum
perduxit Antiochiam. Et primi
conversati sunt ibi et docue-
runt turbam multam et tunc
primo sequaces christiane religi-
onis a Christo capite denominati
sunt christiani qui prius dicebantur
discipuli. Et sunt instituto
gentilium satis eleganti. Vi-
sum est enim inconsultum et in-
decens gentilibus ad fidem conversis
sequaces religionis christiane
communi nomine censeri sed potius
denominandos esse a nomine ma-
gistri sicut in sectis philosophorum se-
quaces denominabant a nominibus
magistrorum ut ab Epicuro Epicurei.
In hiis autem diebus supervene-
runt prophete ab Ierosolimis in An-
thiochiam et surgens ex eis
nomine Agabus significavit per spiritum
famem futuram in omni orbe. Que
orbe et maxime in Iudea ge-
sta est sub Claudio scilicet quarto
anno Claudii. *De largitione elemosine*

Tunc posuerunt discipuli
facere collecta ut daret
unusquisque pro modulo sue fa-
cultatis et mitterent aliquid
pauperibus qui erant in Ierusalem qui
venditis omnibus posuerant precia
ad pedes apostolorum ut per numeret
eos contra famem et tunc primum
collecta est facta in usus pauperum
que missa est per Barnabam et
Paulum in Ierusalem. *De Herode et accu-*

Eo tempore misit Herodes *satione eius*
rex manus ut affligeret
quosdam de ecclesia ad occidit Ia-
cobum fratrem Iohannis gladio.
Ut autem intelligatur locus iste
de quo scilicet Herode sit hoc attinet
recedit autem aliquantulum historia
ab Herode eius historia sed quod in
ecclesia Romanorum inscriptos

nos est putandum hunc fuisse Herodem
tetrarcham qui cognominatus est Anti-
pas sed Herodem Agrippam. Ille enim
non fuit rex sed tetracha. Ille scilicet fi-
lius magni Herodis qui conspirant
Pilato deridente dominum qui remisit eum
ad Pilatum indutum veste alba qui iam
deportatus fuerat in exilium Viennam
et mortuus est ibi. Pilatus etiam iam
mortuus erat qui ut apud nos hinc
historie preparati est anno nono xo
imperii Tyberii Cesaris erat procura-
tor Iudee provincie. Vitellius Syrie et
accusatus est in multis apud Tiberium
accusatus est enim a Iudeis de violenta
innocentium interfectione accusatus est
etiam quia Iudeis reclamantibus pone-
bat ymagines gentilium in templo
accusatus est etiam quia pecuniam repo-
sitam in corbona redegerat in suos
usus inde faciens aque ductum in
domum suam. Et pro hiis omnibus deporta-
tus est in exilium Lugdunum unde
ortus erat ibi in obprobrium gentis
sue moreretur. Unde quod in usu erat ar-
cha in qua reponebant dona
regum vel principum. Corbana vero do-
naria sacerdotum ad reficiendum sarta
tecta templi. Gazophilacium in qua
reponebant dona cum scrinium.

Mortuo Pilato *De institutione gubernatoris in Iudeorum*
substituit Vitellius fratrem suum
procuratorem Iudee et volens placere
Iudeis satisfecit voluntati eorum
in quibusdam scilicet de commutacione Cayphe
et promotione filii Anne quod ad eorum
peticionem amovit Caypham a sacerdotio
et substituit filium Anne qui iam
mortuus erat. Reddidit etiam ei stola
sua illam scilicet sollempnem et antiquam
qua debebat hic sacerdos in pace
sua ut ea uteretur in festis diebus.
Pilatus vero sub custodia eam in domo
sua et cum in festivis diebus necessaria erat
sacerdoti prius prestabat eam hic vero
per successionem temporis Tyberii
mortuus est Philippus tetrarcha Yturee
et Traconitidis regionis sed Herodes
tetrarche mortuus est etiam Lysanias
tetrarcha Abilene et ita vacabant
due tetrarchie et appiabat Herodes
Agrippa ad alteram eorum

xlvi

Incidencia · de fortunis herodis agrippe apud cesarem

Erat autem herodes agrippa
vir magnanimus et bellicosus
et pauperrimus nepos herodis tetrar-
che et frater uxoris eius herodiadis
fuit enim filius aristoboli filii
magni herodis et ipse filia eius
disposuit ergo venire romam si forte
posset impetrare a tiberio alteram
tetrarchiam natalium. Cumque venisset
romam videns eum tiberius cum magna
militie strenuissimum retinuit eum
secum et fecit ut adhereret filio suo
druso cui iam in vita sua contradide-
rat imperium. Nec est iste drusus
ille qui dormivit [illegible]. Erat
autem herodes agrippa vir magne
liberalitatis et ut sibi conciliaret ani-
mos romanos multa expendebat
et multis debitis se obligaverat
Et ut tradit iosephus non fuit homo
in quo mutabilitas fortune adeo
posset deprehendi primo in bono in
malo. Contigit ei quia mortuus
est drusus filius tiberii de cuius
morte adeo inconsolabiliter doluit
tiberius ut omnes amicos suos amo-
veret qui familiaritati adheserant
druso ne reducerent ei ad memo-
riam mortem eius. Et expulsus de
herodes agrippa rediit in iudeam
et desperans pre nimia paupertate
intravit turrim ut ibi afficeret
se fame et ita moreretur quod si-
gnificavit uxor sua soror eius
herodiadi uxori herodis tetrarche
que supplicavit viro suo ut revocaret
eum a turri et daret ei necessaria et
acquievit ei et statuit eum in tibe-
riade et ibi assignavit ei domum
et dedit ei [illegible] et quodam
die cum esset herodes tetrarcha in
tiberiade et epularentur simul hyla-
rior solito quam inebriaretur mero ce-
pit improperare herodi agrippe quod
[illegible] cum eo beneficia que con-
tulerat ei quod liberaverat eum a pe-
ste famis et doluit agrippa ultra
modum et disposuit iterum redire
ad tiberium si forte inveniret ami-
cum [illegible] et in reditu

invenit eum penas et honorifi-
ce receptus est ab eo. et venit
cum eo romam Et tunc habebat tibe-
rius duos nepotes alterum de filio
druso scilicet tiberium alterum de fra-
tre germanico scilicet gaium volebat si-
bi substituere filium filii quia
magis diligebat eum.

De eodem et sentencia tiberii

Herodes autem agrippa ma-
gis diligebat gaium et fa-
miliaris adherebat ei unde
sibi suscitavit indignationem
tiberii latentem quia non diu medi-
tabat ei sed latens in corde odium
reservabat. Quadam autem die cum
sederet agrippa in curru cum
gaio levatis in celum manibus
dicebat utinam videam mortem
importuni senis et te dominum to-
cius orbis qui ydoneus erat
imperare universo orbi Et hoc
audivit eutichius scilicet auriga
ipsius agrippe qui post aliquot
dies cum furto reus agrippe
aufugiens captus est et vincu-
lis [illegible] traheretur in carcerem
peciit duci ad imperatorem dicens
quia cum eius loqueretur ei quod
esset ad eius utilitatem et pre-
sentatus est imperatori et dixit
ei consulto quia sic agrippa
optaverat mortem eius. Et
dominium gaii. Tiberius autem
non multum [illegible] vin-
culatorem et detrusus est ille
in carcerem. Et cum instaret sepe
agrippa ut indicaret. Et
[illegible] tiberius
fertur sufficiat tibi quod incarcera-
tus est et ita differebat quoniam ut re-
fert iosephus in omnibus negociis
suis morosus erat Unde non
statuit procuratores quod pro-
vincias vix aut numquam mutabat
eos et cum semel questionem
esset ab eo quare sic mutaret
procuratores respondit se in hoc
parte plebem [illegible]
cum procuratores se admodum

ni habitus privatos emun-
gunt usque ad sanguinem et ita
to dominantur gravius. Exemplo bre-
vis et qui recentes super vul-
nus dissipant quin magis vincunt.
Ad ostendit ego tamquam vulnera-
ti qui tunc iacet in via et non
amovet multitudinem muscarum
vulneri supervenientes. Alter pu-
tavit quod hoc omittet crude-
litate et abegit muscas que
operuerant vulnus. Ad quam
ille: Male fecisti mihi quia musce
quas amovisti iam plene erant
sanguine et parcius molesta-
bant me. Iste autem superve-
nient recentes atque pun-
gent me durius. Et privatos sui
officiales recentes substituti
atque in subditos sevirent.

De incarceratione Herodis

Cum quadam die
more solito mutaret
agrippa Tiberium ut esset
auriga filius Drusi. Ti-
berius idem non exaudivit tunc
primo ipsius vellet cum vecta-
tius accusare. Et tunc in multo
agrippa constitus esset sibi
testatus est se velle ut retra-
heret et accusaret eum. Eu-
tius ille detractor arguit
eum de crimine lese maiestatis
quod ornaverat morte imputo-
rus. Tunc ait Tiberius carce-
rario: Liga hunc. Et intel-
lexit carcerarius hoc preceptum
esse de eo qui eductus fuerat
et ligatum retrusit in carcerem.
Quadam autem die cum deambu-
laret Tiberius in ypodromo id est
in cursu equorum et teneret Agrip-
pam per manum, vocato carce-
rario dixit ei: Liga hunc. Et
miratus est ille et cunctatus quod
preciperet Agrippa ligari cum
purpuratus incederet quia erat
Veneris femine. Cum autem duceret
Agrippa ad carcerem patiebatur
intollerabilem sitim quia

splendide comederet et forte ca-
lidum et potitor aque et dedit
ei bibere et mox resolutus est pro-
misit ei quod in proximo remune-
raret eum in regno. Gaium confidens
quod Gaius in proximo esset regnaturus.
Et positus est in carcere. Et dum
quadam die in carcere positus sta-
ret iuxta arborem unam frondosam
frondibus in sedebat bubo. Accessit
ad eum unus de captivis et locutus
est ei: Noli me existimare quod adu-
lando loquar tibi. Tu sis consortium
meum. Volo enim indicare tibi quod
indicaverit mihi dii. Erat enim peritus
in auguriis. Cito me liberaberis
a carcere et in tantum sublimaberis
ut te invideat omnis amicus tuus. Et
in hac prosperitate morieris, relinques
bona tua filiis tuis. Memento autem
quando alias in deliciis super te amplius
stiterit quod ultra die morieris.

De morte Tiberii et liberatione Herodis de carcere

Cum esset
Herodes Agrippa in carcere
desiderabat ei domus carceris sciens
esse virum nobilem et familiarem
Gaii. Et sustinebat tamquam igno-
rans multas commoditates sibi
fieri in carcere ab amicis suis. Et
sunt in carcere per menses sex. Cum
esset Tiberius apud Campaniam cepit
infirmari infirmitate qua mor-
tuus est. Et si in Cronicis alibi
legatur mortuus non esse ita, ubi
mortuus sit. Videns autem se moriturum
gravitate mollitus imperii sui et
duobus nepotibus suis Gaio et
Tiberio statuit ut in crastino sustineret
sibi succedere. Deo prius noluit
consulere. Mente deos et oravit
deos suos ut intimarent ei quem
nepotum suum vellent ei substitui
in imperio. Et statuit apud se
ut ille qui prius veniret ad eum
crastino constitueret imperatorem, ut
ita eum sorte eligeret. Tamen sus-
citavit Tiberio ut prior veniret
et mane noluit venire nisi prius,
tum mitteret Tiberius nuncios ad ne-
potes suos. Non invenerit nisi Gaium
et venit Gaius prior ad Tiberium
cum videns Tiberius flevit

amare dolens quia alter non vene
rat quem volebat substitue. Ip
terenius enim diligebat dissimu
labat tamen et locutus est ad eum tiberius
fili tu suadebis in imperio quod potius
habebat tiberio quam hereditario iure
tanquam filio filii. Sed ego video te
vile in imperio et hominem inter deos.
Cave ergo ne molestes eum. sed habeas
eum tanquam fratrem. Sathagat ut ne
gocia imperii sapienter disponas. et
obsequaris Principis mei imperiali ho
nore prestitas et quotate nobilibus
denunciavit eum imperatorem et mortuus
est et statim aquentulis inprimit fa
ma in civitate Romana de morte
tiberii. et venit quidam hebreus diceus
herodis agrippe ad carcerem et he
braice dixit ei mortuus est leo et ce
pit agrippa inaestimabiliter gratulari
adeo ut quereret ab eo dominus carce
ris. que esset causa tante exultationis
et confessus est quod ipse significaverat ei he
braice mortem tiberii. et statim dominus
carceris liberavit eum et statuit eum
collateralem in mensa Interea super
venerunt alii rumores scilicet quod tiberius
qualiavit in tua die romam ven
turus tunc arguit eum dominus carceris
quod decepisset eum timens ne in caput
eius redundaret quod liberaverat eum
et inaestimabiliter vinculavit et retrusit
in carcerem. post ea venerunt veri ru
mores de morte tiberii et substitu
tione gaii. Et venit gaius romam et
sepelivit tiberium honorifice et ipsa
die voluit liberare agrippam sed
dissuasum est ei. ne videretur facta
tiberii in mutua velle subito revo
care post ea paucos dies liberavit eum
et sublimavit et dedit ei duas te
trarchias. scilicet tetrarchiam philippi
qui erat tetrarcha abilinie et impo
suit eum et diadema in regem remi
sit in iudeam Et invidit ei omnis
propinqui eius etiam soror sua hero
dias que iniusta fuerat infelicissime
invidit felici principue quod habebat
nomen Regis quod vir suus qui
erat maior natu filius magni

herodis numquam meruit appella
ri Rex sed tetrarcha. persuade
bat itaque viro suo de die in die
ut iret romam et pertractaret omnibus
modis. ut sibi compararet nomen
regis Et ille malebat esse in mo
tis quam opulentia erat Unde sepe
uxor exasperata dicebat periculum
operis tue quod tu magis diligis
opes quam honorem. tandem victa
instancia uxoris iniit adgaium
cum magno apparatu et ipsa
cum eo Et invenerat gaium bays
herodes at agrippa qui primus erat
cum videsset quod pro bono suo non issent
disposuit ire post eos. sed premisit
nuncium quedam familiarem suum
et amicissimum gaio perque duxe
rit epistolam gaio in qua contine
batur quod herodes tetrarcha cum
iuncte tiberio firmaverat
amiciciam cum rege parthorum
ut esset rebellis romano imperio
et in argumentum huius rei sig
nificavit ei quod in finibus suis
habebat arma que sufficerent
sex militibus armatis

de agrippa herode

Romamque venisset
Herodes tetrarcha et he
rodias uxor sua ad gaium et sa
tis honorifice recepisset eos sup
venit nuncius herodis agrippe
et porrexit epistolam gaio et epistolam
agrippe perlecta epistola gaius
quasi aliunde incipiens cepit que
re de statu herodis tetrarche
et inter cetera quesivit ab eo utrum
esset in civitatibus suis tanta co
pia armorum quantam ipse audierat
Et non negavit. Tunc accendit
gaius verum esse quod significaverat
ei herodes agrippa relegavit
eum in exilium uxori autem sue que
erat soror herodis agrippe
quam magis diligebat dedit
libertatem redeundi ut haberet terram
suam. Ipsa autem commutata est
virum in exilio dicens quod non
dimittet eum in adversis

Quomodo exaltatus est per gaium. et quomodo
se deum coli fecit.

tui cum tractaret in prosperis
Et deputatum esse eos exilio
Lugdunum ubi propterea miserabi-
liter inhabilitatis mortui sunt
Et dedit Gaius Galileam quam
habuerat Herodes tetrarcha He-
rodi Agrippe et ita habuit
tres tetrarchias Fuit autem
Gaius in initio imperii sui probis
omnibus satis mansuetus propterea
elevavit cor eius in elacionem
et in tantam vesaniam prorupit ut
ab omnibus hominibus imperii sui
vellet coli tanquam deus et voca-
bat se fratrem Jovis Unde etiam filia
omnia que habebat ponebat super
gemma Jovis ut ita quasi coniunx
videretur utrique Et postquam fuerat
de geminis Jovis accepit ergo
ymaginem suam per omne suum
imperium sunt ut omnes adora-
rent eam Et sic fecerunt omnes
exceptis iudeis Unde cum in
Alexandria civitate orta
esset seditio inter iudeos et gen-
tiles et venissent utrique partes
ante Gaium ut destruerent con-
traria in tectoris allegationes
quas habuerunt gentiles contra
iudeos hoc obicerent eis quod dominum
suum quem omnes gentiles re-
verentur ipsi inhonorabant quia
ymaginem Gaii nolebant
adorare Et tunc primus scivit
Gaius quod iudei non adorabant
ymaginem eius Unde misit
Petronio presidi Syrie ut po-
neret statuam suam in templo Jerusalem
ut si aliquis recusarent eam in
circumstantibus civitatibus ceteris
si forte iudei reclamarent col-
lectis Romanis legionibus
intraret Iudeam ne sine parere
mandatis eius Collecto ergo exercitu
intravit Petronius Iudeam Et
venerunt ad eum iudei ad Jerusalem
cum amicis Herodis Agrippe
qui erat precordialis Gaii
et supplicaverunt ei sicut ad

Hec eos artaret quod prius permitt-
erent se occidi et parabant singu-
los Et dicebant quod magis aptius
tolleret eam et sic media essent
morerentur Et hec Petronius non
desperans suo hoc perfecisse sed non
audebat resistere mandato imperatoris
videns tamen quod grave iacturam immi-
neret Gaius si amitteret Iudeam totam
inde permisit quod opponeret se Gaio
precis Et misit epistulam suam Gaio
per nuntios honoratos ut desisteret
ab hoc mandato Gaius tamen venisset
ad eum non ausus fuit putare se
apportare cum si intercessisset ad eos
Agrippa ut suppliciter iudeis quia
una tetrarchiis sua Galilea Iudea
erat

De mutatione sine Gay et Agrippe et morte Gay

Tunc Herodes invitat Gaium
ut in magno convivio cum eo
et cum in festo esset in convivio ad
invitata delicias animi cepit me-
morare Gaius quanta passus fuerat
per eos Herodes in cella Tyberii Et alia
multa Et precepit ei ut quicquid peteret
vellet et daret ei At ille respondit ei
sufficere sibi gratiam eius Et cum ei
instaret ut aliquid peteret petiit ne
ponerent statuam suam in templo in
Jerusalem et irata est Gaius Tamen considerans
amicitiam Agrippe quod non liceret
petere aperte vel honoris accepit ei
et scripsit Petronio in hunc modum
Si non posita est statua in templo non
est necesse ut ponatur et sic non est
statua eius in templo posita Propter ba-
[illegible] Gaius scripsit Petronio
in hunc modum quod contempsisti man-
datum imperatoris et potius dilexi-
sti munera iudeorum Elige tibi quid
vis gerens mortem ut instat omnes
non esse tutum obviare in voluntate im-
peratoris Et deo providente Ita factum
est ut prius audiret famam mortis
eius quam videret mandata huius lega-
tionis Cum enim esset Rome et rediret
a ludis circensibus consilio sena-
torum interfectus est a duobus et

act

Orta est in urbe dissensio inter curiam et milites et populum. Curia dicebant senatores et consulares id est qui degerunt consulatum vel digni ut fierent consules. Cura quod viderant senatores seviciam imperatorum et incomoda que inde contigerant rei publice. noluerunt penitus extirpare imperium ab urbe et voluerunt eam redigere ad antiquum statum in quo erat ante Iulium Cesarem ut esset de iure communis urbis in arbitrio consulum et senatorum. Et contra milites et populus timentes avaritiam senatorum et amatores donativa imperatorum constituerunt imperatorem Claudium avunculum gay virum mansuetum et pium.

De legatione fraudulenta herodis agrippe ad claudium

Tunc venit herodes agrippa ad senatores ducendus secum de nobilioribus qui erant in curia simulans se fore participem cum haberet eos teste ipse morte gay. Consuluit ergo eis ut restitueret claudio ne moveret scisma in civitate si desisteret ab incepto. Et senatores rogaverunt herodem ut pergeret cum eis ad claudium. Et professus est se libenter fungi legatione et missus est ad claudium cum aliis. Et eis audientibus dixit ei quod diceret se contra senatoribus. In aure autem dixit ei ne desisteret ab incepto quia ipse satageret ut maior pars nobilium fieret participes. Et remandavit senatoribus quod nollet claudius desistere ab incepto et cepit eos persuadere ne contrairent quia non possent impedire. Et allexit eos sic et tandem omnes et ita sine contradictione factus est Claudius imperator. Et ad perswasionem herodis agrippe omnes occisi sunt qui consenserant in morte gay et petiit ab eo herodes

Herodes cepit Iacobum et petrum

agrippa ut decretum gay de statua sua adoranda revocaret in nichilum quia imperator erat. Et acquievit ei et precepit ut epistola revocationis per singulas civitates iudee poneretur in loco eminenti ut videretur ab omnibus.

Postea voluit herodes accepta licentia a claudio et reddite agrippa et tunc claudius dedit ei quartam tetrarchiam scilicet iudeam et ita Ierosolimam rediit agrippa et venit primo in iudeam et honorifice susceptus est a iudeis quia in multis nunc erat eos. Et cum prope essent dies azimorum venit in urbem ante diem festum ut purificaret se et modicum esset interesse diei festo. Et ante diem azimorum interfecit Iacobum fratrem Iohannis gladio. Post ea in diebus azimorum quia placeret iudeis apposuit ut apprehenderet et petrum. De Iacobo autem refert Clemens allexandrinus quod cum Petrus suus esset in carcerem nocte convertit ad fidem custodem suum et in crastino professus est se esse christianum. Et cum traherentur ambo ad martirium dixit Iacobus pax tibi da mihi remissionem. At ille parum deliberans ait pax tibi et osculatus est eum et simul ambo capite truncati sunt. Petrum autem apprehensum misit herodes in carcerem quia in diebus azimorum non licebat aliquem occidi et per custodes carceris tradidit eum custodiendum quaternionibus militum post pascha volens eum populo producere ut ipse plus ostenderet eum non ipse herodes ut Iacobum sed tota magis circumdecebatur gloriosum super eum accidere quia erat princeps apostolorum.

De liberatione petri de carcere

Cum autem in crastino producturus esset eum herodes ipsa nocte erat dormiens petrus inter duos milites vinctus cathenis duabus que adhuc Rome esse dicuntur et custodes ante hostium custo-

dicebant carcerem. Et ecce an-
gelus domini astitit et lumen
refulsit in habitaculo carceris
et miraculose factum est ut solus
petrus videret lumen. Percusso autem
petri latere excitavit eum ange-
lus dicens: Surge velociter. Et sta-
tim ceciderunt cathene de mani-
bus eius que sicut adhuc Rome con-
servantur. Et dixit angelus ad
eum: Precingere et calcia te
caligas tuas. Disposuerat enim
cingulum propter molestiam carceris
ut tunica sua pedes demissa
temperaret frigus noctis. Cin-
gulum enim tunc solutum erat, quia in
angustiis licet aliquid relaxare
de rigore ordinis. Legimus enim
apostolos communis usus cingulis
post assumptionem et petrum ad hunc
deposuisse cingulum propter molestiam
carceris. Et fecit petrus ut man-
davit angelus. Et addidit ange-
lus: Circumda tibi vestimentum tuum et se-
quere me. Et exiens sequebatur eum
et nesciebat quia verum est quod fiebat
per angelum, id est non putabat ita in
rei veritate fieri sed imaginarie
ostendi. Sompnium enim existimabat
se enim visum videre et hoc est conce-
ptum ymaginaria visione. Tran-
seuntes autem primam custodiam et secundam
custodes carceris custodie de-
putatos et secunda id est dualiter
monent. Est prima custodia
in primo quaternione id est quattuor
et secunda in secundo cum illis ve-
nerunt ad portam ferream que du-
cit ad civitatem. Hec fuisse putatur
in atrio carceris. Carcer enim
habebat atrium et erat in exteriori
parte civitatis sive extra civitatem
et ultro aperta est eis et exeuntes
processerunt vicum unum et continuo
discessit angelus ab eo ut sciret
se in rei veritate de carcere eductum
quem putabat hoc sibi yma-
ginarie ostensum, et tunc ad se
reversus id est ad mentem suam quia fuit
in magno stupore dixit: Nunc
scio vere quia misit dominus ange-
lum suum et eripuit me

de manu herodis et de omni expec-
tatione plebis iudeorum. Et conside-
rans ubi esset venit ad domum
marie matris Johannis qui cognomina-
batur marcus non evangelista. Ibi
erant multi congregati in oratione
ut orarent pro petro. Et cum pulsaret
petrus ad ianuam egressa est puella
ad videndum nomine Rhode. Et ut cogno-
vit vocem petri pre gaudio non aperuit
ianuam sed intro currens nunciavit
petrum stare ad ianuam. Et dixerunt
illa insanire sciebant petrum incar-
ceratum esse. Illa autem affirmabat
rem sic se habere. Alii autem eciam dice-
bant: angelus petri est. Semper
quis locum dicit [illegible] cogitata di-
gnitate esse [illegible] ut una queque
ab hora nativitatis habeat angelum
sibi in custodia deputatum. Pe-
trus autem perseverabat pulsabat
et cum aperuissent viderunt eum et ob-
stupuerunt. Et innuit eis manu
ut tacerent, ut silencio miracula
viderent et audirent vel forte ne
per clamorem gaudentium adventus
eius in civitate palam fieret. Et nar-
ravit eis quomodo eum dominus de carcere
et ait: Nunciate hec Jacobo et fra-
tribus, id est Jacobo filio Alphei episcopo
Jerosolimorum quia alter iam fuerat de-
collatus. Abscondit se et egressus eadem
nocte abiit in alium locum timore
herodis et iudeorum.

De turbatione custodum et de morte agrippe

Crastina autem die pro conturbatione
petri de carcere erat non parva
turbatio inter milites et custodes
quid nam esset factum de petro. Cum
appareret quod clausum relinqueret car-
cerem. Aliquin non est ambiguum
eum evasisse. Herodes autem cum requi-
sisset eum et non invenisset diligenter
inquirentes de custodibus vel nosset
quid nam factum esset de eo iussit eos
deduci ad se ut iudicaret id est con-
demnaret dominus permittente ut solo
petri multi nocerent. Commixtus enim
negotio descendit herodes de iu-
dea in cesarea palestine provin-
cie. Tyro et Sidoni erat autem iratus
tyriis et sidoniis. Sidoniis civibus
irata erat tyriis; audientes tyrii
et sidonii venerunt ad blastum qui
erat cubicularius herodis et

tyrios thezauros eius qui erat amicus
eorum et patronus et eo interpretante
reconciliati sunt herodi. Unde enim
portabant sustinere inimicicias regis
ba vicini. Sequenti autem die hero-
des vestitus veste regali sedebat
pro tribunali apud eos et contiona-
batur ad eos blandiens eis. populus
autem acclamabat dei voces et non
hominis. id est tribuebat ei laudes deo
debitas non homini. Et sic adulato-
ribus favoribus demulcetur et obla-
tos sibi divinos honores non respu-
it. Respiciens super se vidit imminere
et capiti suo insistente in funiculo
angelum id est bubonem mortis eius
previum nuncium et hic ut tradit
Josephus intellexit se ad eos qui
sibi applaudebant et dixit eis. En
ego deus vester moror sciebat enim
quod dixerat ei augur tunc tra-
ctum ad carcerem se infra v. dies
post visionem bubonis moriturum et e-
subito ut ait historia percussit eum
angelus domini id est facta est super eum
vindicta dei per v. dies. ventris
dolore cruciatus est et corrodebant
vermes interiora eius et ita paulatim
consumptus a vermibus expiravit.

De successione filii agrippe

Reliquit autem
filium qui dictus est agrippa ne-
cognominatus herodes, qui adhuc erat
rome nec habuit totum regnum pa-
tris sed partem habuit ad tempus du-
arum tetrarchiarum et dimidie ultra jor-
danem. Unde legitur quod fideles de
iudea imminente persecutione ulterius ad a-
monitionem angeli secessissent in regno
agrippe istius scilicet filii herodis
agrippe.

De ordinatione barnabe et pauli in predicatores

Et hinc redit hystoria ad ordine-
sum et continuatur ei quod supra
dictum est collectam scilicet a fidelibus
anthiochie missam pauperibus in
ierusalem per barnabam et saulum cum
enim interserit de herode de morte ia-
cobi de incarceratione et liberatione
petri intendens sunt prosequitur quo de
reditu barnabe et sauli a ihero-
solimis hystoria in hunc modum
verbum domini crescebat et multiplica-
batur. Barnabas autem et saulus
reversi sunt a ierosolimis assumpto
secum iohanne qui cognominatur marcus
post expletum ministerium. Erant autem

in ecclesia que erat anthiochie
scilicet eorum qui venerant ab ierosoli-
mis prophete et doctores inter
quos erat symon qui vocabatur niger
et lucius cirenensis et manaen
qui erat herodis tetrarche collacta-
neus id est eodem cum illo lacte nutritus
et fuit ibi a tempore prophete et docto-
res. Et per ista sex nomina prophete
designans. doctores de predictis
Et nota quod iste symon dictus est
niger a tali si sit latinum vo-
cabulum vel si est hebreum
dictus est niger quasi ascendens
celsitudine scilicet in virtute. Niger est
hebreum et interpretatur ascendens
ministrantibus autem illis domino
et ieiunantibus dixit eis spiritus sanctus
segregate mihi barnabam et
paulum in opus ad quod assumpsi
eos. Tunc audito consilio spiritus
sancti receperunt paulum et bar-
nabam in ierusalem ad petrum ad ia-
cobum et iohannem qui erant ibi
tunc gavisi sunt audito man-
dato angeli vel spiritus sancti ie-
iunantes et orantes impo-
suerunt eis manus. Hunc modum
ordinationis ... autem preter
impositionem manuum alia or-
dinationis sollempnitas ... eos
celebraverit incertum est ut de or-
dinatione apostolorum a qua legitur
vel quod dominus eis imposuerit manus
de petro tamen legitur quod anthi-
ochie missam celebravit. Et
potuit apostolis pro ordinatione
sufficere quod dictum est eis a
domino hoc facite in meam comme-
morationem et hic non interfuerit
barnabas et paulus. tamen quia
per eam electi sunt ad apostolatum
gentilis spiritus sancti forsitan
aliis fuerit privilegiatus ut
alia sollempnitas ordinationis
circa eos celebrata est. Et multi
quod primitiva ecclesia sine hac solle-
mpnitate ordinationis ad sacerdo-
tium promoti sunt. Etiam multi laici
sine diaconio et presbiteribus
ordinibus sacerdotes facti sunt im-
ponentes manus domini super
eos et ipsi quidem missi a spiritu sancto

eos dure amicis qui separaverat eos a ceteris abierunt seleuciam
et inde navigaverunt cyprum. Et cum venisset salaminam predicabant verbum
dei in synagogis iudeorum propter reverentiam sine dubio eorum. Et habebant
secum in ministerio predictum Johannem qui cognominabatur marcus.

De quadam pseudo qui excecatus est per paulum

Et cum perambulassent universam insulam scilicet cyprum usque paphum invenerunt quendam virum magum pseudoprophetam iudeum cui nomen erat bariesu qui erat cum sergio paulo viro prudente qui erat hic magne dignitatis. Erat enim proconsul id est secundus a consule. Hic accersitis barnaba et saulo desiderabat audire verbum dei. Resistebat autem elimas magus et inde quia alter est interpretatio alterius elymas enim interpretatur magus et sic non quiete maleficos apparatum resisti. Saulus autem qui et paulus repletus spiritu sancto intuens in eum dixit o plene omni dolo et omni fallacia fili diaboli inimice omnis iustitie non desinis subvertere vias domini rectas. Nota quod dictum est saulus qui et paulus. Traditur enim quod a sergio paulo ad fidem converso dictus est paulus vel quia primo fit mentio de hoc nomine paulus. Beda dicit quod fuit binominis dictus saulus et paulus ... a ... applatus primo fortitus est nomine ut qui prius saulus persecutor dicebatur paulus id est humilis de superbo factus est humilis. Saulus dicitur paulus quasi humilis et modicus. Unde hoc nomine sumitur in interpretando discernimus apostolorum. Vide quod xiiii annis a passione domini promotus ad apostolatum cum barnaba et sortitus pauli vocabulum et xiiii perfectus ad magisterium gentium. Cui satis consonat custodia historia ubi legitur preceptum apostolis ut post passionem xii annos predicarent in iudea. Tertio decimo cepimus paulus.

tum tunc adgentes verbum domini. Et ecce manus domini ... desimbus ... iudee et nunc manus domini super te et interdicta dei excecabatur inter tenebras cum terra luna capite sicut terra et luna metus non videbis ad tempus solem malorum. Quod non videbis solem in iste persidis. Et confestim cecidit in eum caligo et tenebre et circumiens querebat qui manum ei daret ut duceret eum. Et statim proconsul viso miraculo credidit admirans super domini doctrina.

De adventu pauli et barnabe in antiochiam

Cum autem a papho navigassent paulus et barnabas cum eo venerunt pergen civitatem pamphilie. Et inde Johannes discedens ab eis reversus est Jerosolimam unum forsan veniret cum eis et forsan reprehensibilis fuit tamen quia discessit ab eis. Et propter hoc fuit causa discidii inter paulum et barnabam de quibus infra. Paulus vero et barnabas venerunt antiochiam pisidie quod additum est ad differentiam alterius antiochie que dicitur antiochia syrie quam nos adhuc vocamus antiochiam que olim dicebatur reblatha. Et ingressi synagogam die sabbathi sederunt qui audirent legem vel predicarent. Post lectionem autem legis et prophetarum miserunt ad eos principes synagoge dicentes viri fratres si quis est in vobis sermo exhortationis dicite.

De sermone pauli in synagoga in antiochia

Surgens autem paulus et manu silentium indicens aggressus est facere sermonem inchoans ab altiori viri israelite et qui timetis deum audite. Deus plebis israel patres nostros elegit et exaltavit plebem cum essent incole in egipto serviebant in luto et latere. Et brachio excelso eduxit eos in mare forti. Et xl annis sustinuit mores eorum in deserto. Per ea introduxit eos in terram promissam destruens vii gentes que habitabat in terra. Sorte distribuit eis terram eorum quasi post quadringentos et l annos. Et intelligendum est a nativitate ysaac a cuius nativitate usque ad exitum israel de egipto effluxerunt anni quadringenti v. Post ea completis xl annis in deserto et v in terra chanaan divisa est terra

Inuidentes sermoni pauli apostoli rege isrl

A natiuitate Ysaac usque ad exi
tum suorum filiorum quadringenti l.
tam et per quadringentos l annos
dominus dedit iudices populo suo qui eciam de
fuit prelius dei [illegible] iudicibus usque ad tpe
samuelis et eciam de postulauerunt
regem et dedit eis Saul qui regnauit
xl annis computatis simul annis sa
muelis Erat enim secundum cronicam
hebreorum et eo sabbato demedio
suscitaui eis dauid regem cui te
stimonium perhibens ait Inueni uirum
secundum cor meum eciamque semine susci
tauit nobis deus ihesum saluatorem
isrl cuius aduentus fuit per Johannem
u[ti] [illegible] Inuidentes de passione et [illegible]
Uiri fratres filii generis abraham et
qui inter uos deo timentes sunt time
tes deum nobis specialiter verbum sa
lutis huius missum est Qui enim habit
habitabant ierlm ierlm et principes eius
hunc ignorantes esse ihesum et ignora
tes etiam uoces prophetarum que per omne
sabbatum leguntur et iudicantes
eum morti eas impleuerunt nescie
tes Deus uero suscitauit eum tercia
die a mortuis et visus est per xl
dies hiis qui simul ascenderant
de galilea in ierlm qui usque nunc
sunt testes eius ad plebem Et nos
uobis annunciamus ea que ad patres
nostros repromissio facta est quoniam hanc
deus adimpleuit filiis nostris
resuscitans ihesum Notum ergo sit uobis
uiri fratres quod per hunc uobis remissio
peccatorum annunciatur ab omnibus [illegible]
tatis quibus non potuistis in lege
moysi iustificari et in eo credit
in hunc iustificatur Videte ergo
ne sitis contemptores ne veniat
super uos vindicta dei qui contempto
ribus comminatur in hunc modum Videte
contemptores et admiramini in uestris
admirabimini quia opus operor diebus
uestris quod non credetis si quis non cre
detis opi i q [illegible] enarrauerit diebus
uestris [illegible] incarnacionem De prerogatiua pauli ad gentes [illegible]
Exeuntibus autem illis
rogabant in sequenti sabbato
ut loquerentur ad hec in synagoga
et cum egrederentur de synagoga multi
iudeorum et aduenarum id est gentilium
vel iudeos de dispersione venientes
secuti sunt paulum et barnabam
Sequenti uero sabbato fere vniuersa ci
uitas conuenit ut audiret verbum dei
Quod uidentes iudei repleti
sunt zelo inuidia quod ciuitati tempus
[illegible] hiis que dicebantur a paulo
blasphemantes blasphemias
enim est quod ex inuidia oblocuti
sunt Tunc repleti zelo dei pau
lus et barnabas dixerunt constan
ter uobis oportebat primum loqui
verbum dei [illegible] verbum dei dicentis
non sum missus nisi ad oues que
perierunt domus isrl Sed quia repel
litis illud et indignos uos
facitis eterne uite ecce conuertimur ad gentes
Et non cum hec legatur dictum
a paulo et barnaba in anthi
ochia pisidie que non in iudea
est sed in grecia in pluribus locis
legitur dictum ab apostolis in
iudea sed cum vellent visitare
ad gentes per xii annos predi
catum est in iudea et ne moue
at te quia apostoli utrobique dici
sic enim precepit nobis deus po
sui te in lucem gentium ut sis
tu in salutem usque ad extremum
terre Et sic in ysaia verba patris
ad filium At si diceret pater fi
lio misi te ut per tenebras
infidelitatis usque ad fines terre
gentibus disseminares lucem ve
ritatis Et licet specialiter dictum
sit christo non est contrarium quod hoc
legitur dictum paulo quia tanta est
unio capitis et membrorum
[illegible] dictum est capiti membra di
cunt reputent sibi Et caput
corpus persecucionem membrorum re
putat inflicta sibi dicens
Saule saule quid me persequeris
Audientes De [illegible] claudi in listris
autem gentes gauisi sunt et glorifi
cabant deum et crediderunt
multi ex eis Judei autem zelo inui
die succensi concitabant mulieres
religiosas et primates ciui
tatis et excitabant persecucionem in pau
lum et barnabam et eiecerunt
eos de finibus suis At illi ex
cusso puluere pedum in eos
propter quos in testimonium illis
venerunt Iconium et ingressi
sunt ciuitatem locuti sunt

In synagoga et credidit copio-
sa multitudo iudeorum et grecorum
et demoratus est ibi multo tempore. fi-
ducialiter predicantes domino et credi-
torum eorum miraculis confirmante.
Iudei increduli tamen de iudeis incredu-
litate permanentes suscitaverunt in-
vidia concitaverunt animos genti-
lium adversus credentes et divisa
est civitas huiusmodi fautoribus
iudeis aliis fautoribus apostolis
Et cum factus esset impetus gentilium
et iudeorum cum principibus suis
ut contumeliis afficerent apostolos
et lapidarent, id est lapidibus fuga-
rent eos et confugerunt ad civi-
tates Licaonie scilicet Listra et Derben
Et cum hic dictum sit venerunt Listram
inde consequentia sermonis in se-
quenti ubi dicitur erat quidam in-
firmus Listris. Dicendum sunt Li-
stre vocis sed per nomen tamen
in plurali est declinatorum ut
dicatur Listra Listre vel Listre
Listrarum vel Listris in declina-
tione cum sequitur et erat in quo dicit
Listris quod greco consonat ut hic
Paulus et Barnabas morabantur
in Listris. Erat autem vir iste in-
firmus pedibus claudus ex utero
matris sue et sedebat quia nec
stare nec ambulare poterat
nec umquam ambulaverat. Hic au-
divit Paulum loquentem quem
intuitus Paulus et videns quod
proposito credulitate quod haberet fidem
ut salvus fieret scilicet tanta que
ad salutem sufficeret vel videns
quia se salvandum crederet dixit
magna voce In nomine domi-
ni Ihesu Christi surge super pedes
tuos rectus et statim exiliens et am-
bulabat. Turbe autem cum vidissent
quod fecerat Paulus putabant ipsum
esse deum scilicet cum Barnaba deos
esse in forma humana eos appa-
ruisse et levaverunt vocem dicen-
tes: Dii similes facti hominibus de-
scenderunt ad nos et vocabant
Barnabam Iovem quia senior esse
videbatur. Paulum vero Mercu-
rium quia fuit inter eos opinio

De estimatione gentilium de apostolis deos

ione tonitabat qui eloquens et lit-
teratus fuisse traditur et facundia
hominibus prestare putatur. Unde inven-
tum medium currens inter deos et hom-
ines a latinis dicitur a grecis vero Her-
mes quasi interpres dicitur. Sacerdos quoque Io-
vis qui erat in civitate voluit sacri-
ficare Barnabe et Iovi assensit tau-
ros ad immolandum et coronas vel ador-
nandum faciem templi more ritu genti-
lium tales ut capitibus eorum imponerent
adornatum ante pagina. Religione alia
nobis ignota. Quod cum audissent
Paulus et Barnabas quod eis divinos
honores vellent exhibere scinderunt vesti-
menta sua quod facere solebant iudei au-
dita vel blasphemia et prohibu-
erunt sibi talia exhibere dicentes se
homines mortales quod potius venerant
ut eos revocarent ab ydolatria et
vix sedaverunt turbas ne sibi immola-
rent.

De lapidatione Pauli et confirmatione credentium

Demorantibus autem eis et docentibus
in Listra supervenerunt ab Iconio
et Anthiochia iudei et gratis tur-
bis in persecutione Pauli lapidabant
eum et eiecerunt eum quem velut cadaver
estimantes esse mortuum. De qua lapi-
datione ad Corinthios loquens ait Se-
mel lapidatus sum. Porro circa discipuli
eius circumdedissent eum assistentes ei et
respiciant et nescientibus iudeis repor-
tassent eum in civitatem et qualiunt.
Et postera die profectus est cum Barnaba
Derben et predicavit ibi sicut fecerat
in Listra. Porro circa redierunt per easdem civitates
per quas illi venerant confirmantes fratres
in fide et constituentes in singulis civita-
tibus presbiteros id est episcopos qui eo tempore eos
nomine censebantur. Sed et presbiteri
et pro inde constituebat presbiteros episcopos quia
erat necessarium et nondum ad eos
esset amplius reversurus. Et cum redeun-
tes transissent Listram et Iconium venerunt
Anthiochiam Pisidie et transeuntes Pisidiam
venerunt in Pamphiliam regionem scilicet in
qua est civitas Pergen in qua locuti
verbum domini descenderunt in Attaliam
civitatem inde navigaverunt Anthi-
ochiam unde primus erant segregati
a spiritu sancto ad predicationem evangelii.

De reversione Pauli ad apostolos ... et controversia iudeorum de circumcisione

Cum autem
venissent Anthiochiam et con-
gregassent fideles Anthiochenos
renuntiaverunt eis quanta fecerat deus

ingentibus per eos. Et morati sunt
ibi non modico tempore cum discipulis.
Et dum ibi moram fecerent descenderunt
quidam ad eos iudaizantes et fue-
runt de secta phariseorum et facta est
non minima sedicio inter eos et pau-
lum et barnabam qui predicabant fidem
absque legalibus ad salutem posse suf-
ficere et aspernabant eos multi iu-
dei consuetudine imbuti. Et statue-
runt ut pro hac lite dirimenda ascen-
derent in ierusalem ad maiores apostolos
scilicet ad petrum et iacobum et ceteros
seniores. Et ascendit paulus cum bar-
naba assumpto et tyto sicut ipse re-
fert in epistola ad galathas. Et qui
descenderat de iudea descenderunt
cum eis quidam de heresi phariseorum
ad fidem conversi. Cum autem venissent
ierosolimam et essent in presentia
apostolorum petri et pauli iacobi et
seniorum surrexerunt contra paulum
et barnabam dicentes oportere cir-
cumcidi fideles et servare legem moy-
si. Et audita huiusmodi questione conva-
nerunt apostoli et seniores ut in-
quirerent super hoc. Et post multam
conquisitionem et inquisicionem facta
inter apostolos et seniores surgens
petrus rationabiliter ostendit non esse im-
ponendum fidelibus iugum legis
quia ipse consilio dei baptizaverat
cornelium et gentibus predicaverat verbum
evangelii et deus probator cordium
confirmaverat fidem mundans corda
eorum. Et antequam baptizarentur misit
et misit super eos spiritum sanctum nec
indiguit eos observantia legalium.
Quid igitur modo temptatis imponere
iugum super cervices discipulorum quod neque
nos neque patres nostri portare potuimus.
Et statim tacuerunt. Et ceperunt paulus et bar-
nabas narrare quanta signa et prodigia
deus fecerat in gentibus per eos et ta-
cebat multitudo audiens eos.

De consilio iacobi ad apostolos

Et postea plenius locutus est iacobus et
adiecit verbo petri inquiens viri
fratres audite me. Symon narravit
quemadmodum deus primum visitavit gentes
vocans eas ad fidem et testimonia pro-
phetarum. Et in duobus testimoniis duo-
rum prophetarum auctoritate pontificali
protulit diffinitivam sententiam dicens
propter quod ego iudico non inquietari eos
qui ex gentibus convertuntur ad deum sed
scribere ut dirigamus ad eos epistolam
ut abstineant se ab ydolatria et
fornicacione a suffocato sanguine.
Ydolatria siquidem in gentibus maxime
pullulabat. Fornicatio simplex
talis quidem et nullius reatus
reputabatur inter gentes. Ideo
specialiter detestati sunt apostoli.
Prohibetur ista gentibus etiam
proni ad effundendum sanguinem
consueverunt etiam bibere sanguinem
immolaticium. Quibus sunt vel specialiter
prohibiti. Sed a sanguine effunde[ndo]
non est. Bibere cottidie ad ad[...]
prohibuerunt eis. Et suffocatum non e[...]
[illegible] [illegible] et placuit hoc
consilium iacobi apostolis et senio-
ribus et cum consensu ecclesie
miserunt [illegible] [illegible] epistolam
cum paulo et barnaba iudam et
silam et premissa est salutatione in
hunc modum. De missione epistole ad gentes [illegible]

Apostoli et seniores fratres hiis
qui sunt antiochie et si-
rie et cilicie fratribus ex gentibus
salutem. Fuit autem post salutationem
hic textus epistole [illegible] quia
quidam descendentes de iudea tur-
baverunt nos [illegible] animas vestras
volentes vobis imponere [illegible]
iugum legis. Ideo de communi consensu
decrevimus eligere viros et mittere
ad vos cum [illegible] nostris
paulo et barnaba. Visum est
enim spiritui sancto et nobis nichil ultra
vobis imponere oneris quam ut absti-
neatis ab immolatis simulacrorum
et a sanguine suffocato et a
fornicatione a quibus custodientes
vos bene agetis. Valete. De gaudio [illegible]

Descenderunt igitur paulus
et barnabas in antiochiam
et duo illi missi sunt cum illis
cumque descendissent congregata
multitudine tradiderunt eis epistolam
et audita consolatione de iugo
legis non imponendo sibi gavi[si]
sunt qui de gentibus. Iudas autem
et silas cum essent prophete conso-

et quoto anno paulus et petrus passi sunt

lati sunt eos et multum confor-
taverunt in fide Nos autem hoc
pretereundum quod de prefato ascensu su-
o in ierusalem pro conveniendo littera
[illegible] scribit apostolus ad ga-
lathas In qua [illegible] de inde
post annos xiiii a conversione ascendi
ierusalem cum barnaba assumpto
et tito et contuli cum eis evangelium
quod predico in gentibus Ex quo an-
norum numero colligitur quod eodem
anno quo paulus ascendit
ierusalem scilicet xiiii a conversione sua pe-
trus ascendit Romam et eodem
anno sedit in cathedram epi-
scopali in qua sedit xxv annis
[illegible] xxv [illegible] re-
dimit [illegible] autem [illegible] annos
a promotione beati petri in sede
Romana scilicet ultimo anno nero-
nis passi sunt petrus et pau-
lus Et sic xxxix anno a conversione
pauli [illegible] colligitur paulum
ad fidem conversum eodem anno quo dominus
passus est cum constat petrum et pau-
lum xxxix anno a passione domini
qui fuit ultimus Neronis pas-
sos esse Si autem quem legatur
paulus conversus ad fidem 2o anno
a passione domini Intelligendus
est 2 [illegible] eodem anno a
passione domini [illegible]
aliud [illegible] e xiiii anno
claudii ascendit petrus Romam
et sedit in cathedra episcopali x an-
nis sub claudio qui regnat
xiiii annis et post cum nerone totidem
annis De sessione petri in antiochia

Potest autem queri quo tempore
sedit in sede anthiochena
Constat enim quod sedit anthiochie
vii annis in sede episcopali [illegible]
quod nemo de vii [illegible] xiiii [illegible]
intelligi quod a passione domini
fluxerunt usque adventum primo
in sede Romana post vii
autem annos quibus sedit in sede
anthiochena [illegible]
[illegible] ascendit Romam [illegible]
[illegible] pantiochia ut [illegible]
[illegible] subditos suos in
fide et ut [illegible] in Rome
substituit euodium in sede anthio-
chena et in hoc tempore [illegible] pantiochi-
am redargutus est a paulo quod come-
dens cum gentibus [illegible] ex iudea timens
eos molestare discedebat ab eis et
ita cogebat gentes iudaizare unde
paulus ait Cum venisset cephas
anthiochiam in faciem ei restiti restiti

De discordia electionis summi sacerdotis et discursu primi pontificis

Dos autem annos quo de-
scendit petrus ab anthiochia
Roma paulo et barnaba anthio-
chie remanentibus Erat quedam pravitas
in iudea quia per violentiam volens
sibi usurpare potestatem constituendi
summum pontificem et mutandi pro arbi-
trio suo et ut posset facere summum
sacerdotem unum vel duos constitue in
eodem anno Et iudei videntes quod non
possent ei resistere petierunt ab eo li-
centiam consulendi gaium imperatorem
Romanum ut eius voluntate hanc
potestatem optineret alioquin desisteret
et recessit [illegible] Et cum misissent nuncios
Roma erat ibi aggrippa filius hero-
dis aggrippe quem pater [illegible]
in manum gaii imperatoris gaius
autem differebat eum mittere in iudeam
tanquam [illegible] sententia iude-
os [illegible] temeritudine [illegible]
Iste audiens quod ea [illegible] agebatur
intercessit pro eis et [illegible]
et rescripsit gaius [illegible] ut
ab [illegible] cessaret desisteret et de-
stitit et iudeis ut super hoc gratias
agerent aggrippe cuius intercessi-
one hoc obtinuerat Et iudei si-
gnificaverunt ei ut mitteret eis agg-
rippam et faceret eum tanquam Regem
ad [illegible] ipse tamen adhuc distulit
[illegible] ei [illegible] enim
in iudea non tamen reddidit ei terram
totam patris qui totum regnum integre
tenuerat ut obtineret Sed dedit
ei galaditidem Regionem scilicet ultra Ior-
danem [illegible] duas [illegible] et [illegible]
[illegible] et dedit ei potestatem constituendi
summum sacerdotem in ierusalem pro arbitrio
suo quam negaverat procuratori
Iste fuit aggrippa in cuius regimine
recesserunt fideles de iudea [illegible]
[illegible] ierusalem ab angelo premo-
niti sicut [illegible]
ne prosequatur de paulo et barna-
ba qui adhuc demorabantur
in anthiochia predicantes et [illegible]

lizantes verbum dei et iudeos abiciat
et spla tu eis remate per aliquos
dies visu est eis quosdam reuti per ci-
uitates in quibus predicauerant ver-
bum dei et visitare fratres et confirmare
eos in fide. Barnabas non voluit
esse in comitatu suo Johannem qui
cognominabatur marcus. Paulus autem
noluit dicens non esse assumendum
quia in scrote accii constitutus in tempore
de fecerat et quia timore mortis pre-
dicacionem deseruerat qui scilicet a pamphi-
lia descendens rediens est iherusalem. Ideo
quia non erat assumendus ad predicandum
ne alios malo exemplo lederet. Et facta
est dissensio ut discederent ab in-
vicem. Et excusat eos sanctus quia non
dissenserunt odio commoti sed
a spiritu sancto adhuc caritati ut divisi
in pluribus locis predicarent et
plures lucrifacerent. Barnabas autem
assumpto marco nauigauit ci-
prum. Ideo autem quod non voluit eum
dimittere creditur fuisse eius
cognatus. Legitur enim fuisse eo
solum. Paulus quod profectus est as-
sumpto sila qui dominus remanere
fecerat ut ei cooperaretur et ambula-
bat syriam et ciliciam. Perveniens
in derben et listra ubi erat quidam
discipulus nomine Thimotheus filius
mulieris vidue vel iudee. Natus
est de patre gentili cui perhibebant
testimonium. Religiose omnes fide-
les qui erant listris. Hunc constituit
paulus. Circumcidit eum propter iudeos cir-
dit eum pro tollendo scandalum iudeo-
rum ne scandalizarent qui habe-
rent eum in circumcisum non quod le-
galia post initum evangelii essent
tenenda paulatim tamen subito iudeis
tollenda erant et quasi cum honore sepe-
lienda sunt. Perambulans autem paulus
cum Thimotheo et pertransiens ci-
uitates predicabat observare decreta
apostolorum et seniorum qui erant in iherusalem
et ecclesie confirmabantur et multiplicabantur.

De disvasione dei apostolis
ne iniquis ... ubi illi predicarent

Transeuntes
autem frigiam et galacie regi-
onem volentes ire in asiam modo
prohibiti sunt a spiritu sancto qui fecit
qui sciebat corda hominum hi tunc
non essent credituri. Noluit enim
spiritus sanctus dari canibus et
impios contemptu predicacionis
fieri dampnari. Voluit etiam
eas pericias aliis apostolis reser-
vari. Philippus namque et Jo-
hannes predicauerunt in asia minori
et lucas in bitinia. Aliquando similiter
a spiritu sancto sunt prohibiti et ita
ille loca redditur quod prohibi-
ti sunt ab humanis prouinciis
vel ne sanctum daretur canibus
vel quia destinata erat a spiritu
sancto aliis apostolis Asia minor.
Johannes, bitinia Luce. Orgines
ubi ait de primiciis et decimis
gandiis sacerdotibus reddit talia
causa. Dicit enim quod deus pro
uideus fieri fame alimoniam
corporalem ab humanis prouinciis
discipulos propter famem prohibuit
propter illam scilicet maximam famem
in qua helena sustentauit fratres
et pauperes qui erant in iherusalem
que facta est quarto anno claudii.
Hec fuit hec helena mater con-
stantini sed regina abigenorum
huius amore raptus Rex abi-
genorum fecit eius duxit eam
in uxorem et concepit ex eo. Et
cum nocte dormiret cum ea et po-
suisset manum suam super ventrem
prignantis ab eo audita est vox
in hunc modum. Vide ne ledas
puerum quia magnus futurus
est in mundo. Et audita voce hu-
iusmodi stupefactus dixit. Hec
vxori sue. Peperit ea puerum natum
cum summa diligencia nutri-
erunt et mortuo patre adhuc
puer factus est Rex. Et comedat
iste in multis et hec est causa
commendacionis. Quia audiens verbum
domini tolli a iudeis voluit eum
et suscepit circumcisionem et alios
iudeos. Huius mater helena ve-
niens in iherusalem inuenit fideles
fratres in iherusalem media laboran-
tes quia erat tempus famis et e-
mit frumentum nimium quia quanta autem
erat argenti copia ad emendum
et sustentauit fratres qui erant
in iherusalem. Et dum adhuc esset
in iudea nunciatum est ei, ipso
mortuus esset filius suus.

De helena regina abigenarum

et statim rediit et fecit extrahi
cadaver filii de sepulcro. et
reportavit in iudea et fecit non
longe ab urbe extra duo ma
solea et in altero reposuit cor
pus filii et precepit cum mortua
esset corpus suum in alio re
poni et sic factum est et adhuc
apparent vestigia mausoleorum
et putatur multi decepti esse
mausoleum helene matris
constantini De visione pauli viri macedonis

Cum pertransisset in asiam
paulus et socii eius re
venerunt troadem et ostensa est pau
lo visio per noctem apparuit enim
ei vir macedo id est angelus illius
gentis assimilatus viro mace
doni proprietate lingwe et forma
speciali stans et deprecans
eum et dicens transiens in macedo
niam adiuva nos Per hoc vo
videtur hanc macedonem fuisse non ange
lus Non enim exponit angeli
nisi angelus dei hoc est aut
angelus assumpta persona ma
cedonum ut dicit Ieronimus
statim quesivimus proficisci in
macedoniam certi facti quod vocas
set nos deus ewangelizare
eis Et nota quod dictum est assimu
lat enim primo ondit se lucas
comitem fuisse pauli forte
tunc primo adhesit ei Unde
usque in precedentibus venimus
sed ubique veneris paulus et si
la quod autem primum se comiscuit
sociis pauli videtur quod lucas
dicatur erat vir macedo stans
sicut hic vir stans quod etiam glosa
nudita tibi angeli se stare di
cuntur Unique plures audientes
in antiphona pasche ut sedit
angelus eundem stetit ange
lus etc intelligendum est
enim quod si in hoc libro tu legatur
angeli sedisse ad monumentum
Navigantes autem abinde recto
cursu in samotraciam et sequenti
die in neapolim philippis quod
¶ Ritus est prima civitatis macedonie
id est in metatibus a mari prima oc
currit et erat colonia dicitur
aut Colonia Civitas illa

que de statu indigenarum nominis cul
toribus impletur Unde et colonia
quasi a novis cultibus vel cultoribus
dicitur Fuimus enim per aliquot dies et
die sabbatorum egressi sumus extra
portam iuxta flumen ubi videbatur
esse locus oracionis orandi id est locacionis
vel supplicacionis Orare namque accipitur
pro locare et pro supplicare

Et De muliere conversa in colonia
sedentes loquebantur mulieribus
que convenerant Et mulier quedam lidia
nomine purpuraria civitatis thiate
renorum audiebat nos loquentes
Per autem intelligi purpuraria quasi vestes
purpurea que forsan erat de regis
femina vel forte purpuraria quia
texit purpuram vel quia vendebat pur
puram Cum autem baptizata esset
et domus eius tota deprecata est nos
dicens Si iudicatis me fidelem introite
in domum meam et manete ibidem
Et coegit nos Hoc enim abhor
rebat introire domum gentilium pro
vitando scandalo iudeorum De puella phitonissa
Factum est et afflictione apostolorum et in carcerationem
autem ut euntibus nobis ad
oracionem quod obviaret nobis quedam
puella habens spiritum phitonem per
hoc intelligitur phitonissa vel per
spiritum phitonicum operans arte ma
gica vel per phitonica negrata
Quia enim duobus modis in sacra
scriptura accipitur hoc nomen phitonis
sa vel dicatur quod per spiritum phitonicum
in suscitacionem mortuis operabatur
arte magica ut que ad peticionem
saulis abinsciis vocavit animam
samuelis Vel potius per spiritum
in modum hoc autem species artis magice
a ab appolonie phiton inventa
est et ab eius cognomine cognominata
dicitur etiam phitonissa que a spiritu
phitonico possidebatur et ea velut
suo organo sui ad adivinandum quia
dictum hic potius videtur accipi Et erat
questuosa dominis suis quia multum
percipiebant emolumentum ex diuina
tione ipsius Hec subsecuta paulum
et eius socios clamabat dicens
isti homines servi sunt dei excelsi qui
annunciant nobis viam salutis Et sic
clamabat multis diebus forte
per dies xx vel potius spiritus phitonica

Vt peccatorem loquebatur apostolus.
Confusus autem paulus ipsa post
eum clamante dixit spiritui immundo
precipio tibi in nomine ihesu christi exire
ab ea et exiit eadem hora quia indi-
gnum erat ut verba evangelii per
tam impuram mendacem annunciarentur. Vi-
dentes autem hec domini eius scilicet
quia magicam inde sumerent questum
apprehenderunt silam et paulum et
duxerunt eos in forum ad principes et
offerentes eos magistratibus dixerunt
isti predicantes iudei nova religi-
one conturbant civitatem nostram. Qui
sunt mores quos non licet nobis susci-
pere cum simus romani. Iam enim
decretum erat a romanis ut nullum
deum de novo colerent nisi approbaretur a
senatu. Et cucurrit plebs adversus
eos et magistratus scissis eorum
tunicis iusserunt eos virgis cedi et
flagellatos miserunt in carcerem
precipientes custodi ut diligenter
custodiret eos. Qui in interiore carcere
pedes eorum stringens ligno

De motu terre et conversione custodis et liberatione apostolorum

Media autem
nocte paulus et silas de-
cantabant ymnos et adorantes lau-
dabant deum. Et dum media no-
cte orarent subito factus est terre-
motus quo sic terre omnia fundamenta
carceris sunt commota hostia aperta
vincula omnium qui erant in carcere aperta
et rupta non solum pauli et sile
sed et aliorum. Expergefactus autem cu-
stos carceris et videns ianuas car-
ceris apertas evaginato gladio
volebat se interficere arbitrans
omnes incarceratos aufugisse. Et tunc
clamavit paulus in medio carceris tenebris
lucens et in spiritu clamavit. Nichil
tibi feceris mali omnes enim quos
tu custodiebas hic sumus. Timebat enim
quia tunc nollet sibi manum inicere
quia putabat omnes incarceratos au-
fugisse. Et petito lumine a ministris
introgressus est custos carceris et
tremefactus tum propter ea que facta fu-
erant in terre motu tum quia intelle-
xerat paulum quod nollet interficere
procidit paulo et sile ad pedes et
educens eos foras ait. Quid
me oportet facere ut fiam
salvus. At que illi. Crede in
deum ihesum et salvus eris tu et
domus tua tota. Et locuti sunt ei
verbum domini et omnibus qui erant in
domo eius. Et tollens eos in
illa hora lavit plagas eorum
et baptizatus est et sic lavit et
lotus est.

De liberatione apostolorum de carcere et quomodo ... [illegible]

Cumque duxisset eos in domum
suam apposuit eis mensam
et letatus est cum omni domo sua
credens in deum. Et cum dies fa-
ctus esset miserunt magistratus
lictores ad custodem carceris
dicentes dimitte homines il-
los tamquam despectos. Dimitte-
bat autem eos ne plures crederent
quia iam innotuerat eis miraculum.
Et nunciavit custos carceris
verba hec paulo dicens miserunt magistratus
ut dimittamini. Nunc igitur exeun-
tes ite in pace. Ad quem paulus.
Ceciderunt nos in carcerem pub-
lice flagellatos licet indampnatos
homines romanos in romanos
impios. Subiectos tempori
tapite professos et romana
libertate donatos et nunc occul-
te nos eiciunt. Non sic. Sed veniant
et ipsi nos eiciant. Et cum renun-
ciatum hec esset magistratibus timue-
runt audito quod romani essent
et venientes eduxerunt eos et
rogabant ut egrederentur de urbe
et exeuntes venerunt ad lidiam
et visis fratribus consolati sunt
et inde profecti venerunt tessalo-
nicam ubi erat synagoga iudeorum.
Secundum consuetudinem autem paulus ut consueverat in-
troibat in synagogam et per tria
sabbata disserebat eis de scriptu-
ris predicans christum mortuum et
resurrexisse. Et crediderunt
aliqui ex eis et adiuncti sunt
paulo et sile et in multis non
pauce et de proselitis et gentibus
multitudo magna. Zelantes
autem iudei et assumentes quosdam
malos de vulgo concitaverunt

De adventu apostolorum in domum Jasonis

ni adversus eos
Et advenientes domum Jasonis apud quem hospitati fuerant querebant eos producere in populum et non invenientes eos presentantes a Jasone fuisse occultantes traxerunt Jasonem et quosdam fratres ad principes civitatis et dixerunt isti sunt qui orbem concitant hos suscepit Jason et omnes suscipientes eos faciunt contra decreta Cesaris Regem alium dicentes esse quam Cesarem et concitaverunt principes adversus eos et accepta satisfactione a Jasone et ceteris dimiserunt eos referente Jason et alii fratres negaverunt se suscepisse eos. et si confessi sunt satisfecerunt et protinus dimiserunt Paulum et Silam in Beroam et intraverunt in sinagogam iudeorum et predicaverunt ibi et multi de Beroensibus crediderunt et mulieres honeste non pauce.

De adventu Pauli Athenas

Et audientes iudei qui erant Thessalonice quod a Paulo predicaretur verbum dei in Beroe venerunt illuc et concitantes multitudinem et statim dimiserunt Paulum fratres ut iret usque ad mare quod magis persequebantur eum iudei eo quod esset dux verbi. Sila autem et Timotheus remanserunt ibi. Qui autem deducebant Paulum perduxerunt eum usque Athenas et videns civitatem ydolatrie deditam cito remisit ad Timotheum et Silam ut venirent ad eum. et veniret et disputabat cum eo Paulo. Epicurei qui ponebant felicitatem hominis in sola corporis voluptate et stoici qui in sola animi virtute et ideo sibi dissentientes impugnaverunt apostolum. Quidam conferebant cum eo. Et quidam dicebant quid vult iste seminiverbius dicere. iste seminator erat verborum. sed messor morum declinavit ab messione expectans presentem frumentum. alii autem dicebant

Novorum demoniorum videtur annunciator esse et apprehensum duxerunt ad ariopagum id est ad vicum Martis in quo erat templum Martis quod Athenienses singulos vicos denotaverunt a diis quos colebant. Ut vicum in quo colebatur Mars vocabant Ariopagum quia arios grece Mars. Vicum in quo colebant Pan Panopagum vocabant. et ita a singulis diis singulos vicos denotabant. Erat autem vicus excellentior Ariopagus quia erat curia magistratuum studium liberalium artium.

De predicatione Pauli coram philosophis Athenis

Et cum esset Paulus in presentia philosophorum dicebat nova quedam inferentibus nostris. Philosophi scire volentes quid hec nova doctrina quam diceret possent convincere super hiis que dicebat. Stans ergo Paulus in medio dixit ariopagi viri athenienses per omnia video vos superstitiosos. preteriens enim vidi simulacra vestra. Invenit erat aram in qua superscriptum erat ignoto deo id est dei. At si dicatur quod ara ignoto deo dedicata et singulis aris supponebatur titulus indicans cui essent dedicate. Quem ergo deum ignoratis cui hanc aram consecrastis ego annuntio vobis. hic est deus qui fecit mundum et omnia que in eo sunt in quo vivimus et movemur et sumus. Causa autem quare hec ara illi deo ignoto consecrata sit ecclesiastica historia dicunt non persequitur. Speculum historiale quod sic simpliciter dicit.

De ara dedicata in honore ignoti dei

Dicit dominice passionis videntes philosophi qua Athenis erant tenebras factas super universam superficiem terre nec potuerunt tamen causas invenire in naturalibus causis et ideo adhuc inducti sunt ut dicerent quod deus non pateretur. Et dixerunt athenienses constituatur ara illi deo et dedicata est ara et suppositus est titulus ignoto deo. Et cum vellet offerre holocausta et victimas illi deo ignoto dixerunt philosophi honore indiget non egere deos sed flecte genua flectens nos ante aram eius et supplicabitis ei quia non querit oblationem pecorum sed devotionem animarum. Hunc deum ignotum annunciabat eis Paulus asserens

cum mortuum fuisse resurrexisse et ascen-
disse in caelum. In fine deridebant iudi-
cantem. Et cum praedicaret resurrectionem
mortuorum quidam irridebant quidam
autem non recipiebant nec respuebant
dicentes Audiemus de hoc iterum.
Et exivit Paulus de medio eorum.
Et quidam adhaerentes crediderunt ei,
inter quos Dionysius Ariopagita
quem postea ordinavit apostolus episcopum
Corinthiorum quem sicut modo quia
praetermittit historia actuum non
est supplendum.

De conversione Dionysii, Aquile et Crispi iudei

Iste Dionysius magister in Ariopa-
go et quamvis exhortatione Pau-
li de facili crediderit non tamen nisi post
longam disceptationem confessus est
se credere. Et post multas disceptati-
ones cum adhuc cum Paulo discep-
taret forte transiit caecus per viam coram
eis. Et statim ait Dionysius Paulo
Si dixeris huic caeco in nomine dei
tui vide et viderit statim credam
sed ne utaris verbis magicis quia for-
te nosti verba quae habuerunt efficaci-
am. Ego praescribam tibi formam
verborum. Et ait inquit forma verbo-
rum est In nomine Ihesu Christi nati de
virgine crucifixi mortui qui
resurrexit et ascendit in caelum,
vide. Et omnis tollebatur suspicio.
Praecepit Paulus Dionysio ut ipse
diceret verba proferret. Et in hiis forma
verborum dixit Dionysius caeco ut videret
et statim vidit. Et Dionysius
confessus est se credere. Et cum praedicasset
Paulus Athenis et in aliis civitatibus
venit Corinthum et ibi invenit
quendam iudaeum nomine Aquilam cum
uxore eius Priscilla quos saepe com-
memorat apostolus ubi autem suos
salutat. Isti nuper venerant de
Italia iudaeis omnibus edicto Clau-
dii imperatoris de regno eius eiectis
expulsis eo quod uxorem eius Agrip-
pinam proximam familiaritatem quam
habebat cum eis ad eos traxerant ad
ritus suos ut iam iudaizaret. Et ho-
spitatus est Paulus apud Aquilam
et Priscillam eo quod eiusdem artis e-
rant. Et ipse cum veniret et cetera
de proprio labore manuum sibi victum
acquirebat scilicet arte scenofactoria.

Faciebant enim tentoria sive pa-
piliones quae necessaria erant indi-
genis terrae propter immoderatum calo-
rem vel commeantibus. Vel dicta arte
scenofactoria a scenos quod interpretatur
umbra. Vel scenis aliquid quod
interpretatur fumus. Erant autem film-
tarii. Et cum venissent Silas
et Timotheus de Macedonia
ubi dimiserat eos praedicabat
Paulus instanter verbum evangelii
coadunatis illis et indili-
gentibus iudaeis praedicator. Unde quod
praeparat dominus excussit vesti-
menta de pedibus in testimonium illis
dicens Mundus sum a sanguine
vestro quia quantum in me fuit volu-
i vos revocare ab infidelitate. Et
quia pertinaces estis transeo ad gentes.
Et migravit inde transiit ad domum
cuiusdam gentilis nomine Titi cuius
domus erat iuncta synagogae. Hic
est intelligendus de Tito ad quem
apostolus epistolas scripsit quia eius fuit
discipulus quem etiam episcopum Crete
scilicet ordinavit. Et quidam Crispus
archisynagogus cum omni
familia sua credidit de quo
apostolus ait scribens ad Corin-
thios Gratias ago deo meo quod
neminem vestrum baptizavi nisi
Crispum et Gaium. Et multi Corin-
thiorum audientes eius praedicationem
crediderunt et baptizati sunt. Et
apparuit dominus nocte Paulo
per visionem dicens Noli timere
sed loquere et ne taceas quia ego
tecum sum et nemo apponet tibi
manum ut noceat tibi. Et fuit ibi
annum et sex menses.

De accusatione Pauli in Corintho et tonsione eius

Insurrexerunt
iudaei unanimiter in Paulum
et traxerunt eum ad praetorium Gallionis
qui erat proconsul Achaiae frater
Senecae magistri et erat Corinthi et
accusaverunt eum quod contra legem
praedicaret. Et ad eos locutus est
Gallio Si argueretis hominem
istum de scelere aliquo manifesto
sustinerem vos iudicare sed quia disceptatio
est in lege vestra non curo
iudicare. Et iudaeos gentiles quoque in-
vaserunt? praeceptor? [illegible]
deorum coram eo apprehendentes

Rapuit Sosthenem principem synagoge et percutiebat eum et nichil horum erat tunc pretori cure. Paulus autem cum adhuc sustinuisset dies multos cum esset in Kenchreis qui est portus Corinthi, ascensurus navem ut navigio veniret in Syriam, totondit comam quam nutriebat quia fuerat nazareus ex voto. Nazarei enim ad tempus ex voto comam nutriebant et completo tempore voti radebant et in igne sacrificii ponebant. Secunda coma, ut dicunt, totonderunt. Unde quidam hoc referunt ad Aquilam et Priscillam, sed Augustinus et Jeronimus ad Paulum hoc referunt.

De divisione Apollinis iudei

Et venit in Syriam ducens secum Aquilam et Priscillam. Et cum venissent Ephesum, ingressus in synagogam disputavit cum iudeis. Et rogatus ab illis ut cum amplius maneret, non consensit, sed vale faciens subito profectus est ab Epheso, dimittens ibi Aquilam et Priscillam. Et perambulavit Galatiam et Frigiam confirmando fratres. Et cum essent Ephesi Aquila et Priscilla, venit Ephesum quidam iudeus nomine Apollo, Alexandrinus genere, vir facundus et potens in scripturis. Iste baptizatus erat baptismo Johannis et iam credebat Christum esse Messiam et in lege promissum et recte sentiebat de Christo. Nichil adhuc audierat de Spiritu Sancto. Et cum vidissent eum Aquila et Priscilla fiducialiter predicare, assumpserunt eum et diligentius exposuerunt ei viam Dei. Utrum autem baptizaverint eum baptismo Christi non legitur. Cum autem vellet transire Corinthum, Aquila et Priscilla et ceteri fideles qui erant Ephesi scripserunt fidelibus qui erant Corinthi ut susciperent eum, ne abhorrerent eum tamquam iudeum. Et cum venisset Corinthum, multum contulit hiis qui erant Corinthi. Vehementer enim iudeos convincebat, unde multi confirmati sunt fratres.

De divisione ... et disputatione apostoli in Epheso

Factum est autem cum Apollo esset Corinthi, ut Paulus peragratis superioribus partibus veniret Ephesum et invenit quosdam discipulos a Johanne baptizatos, nondum tamen confirmatos, quia post baptismum non acceperant manuum impositionem. Et interrogavit eos: Accepistis Spiritum Sanctum credentes, scilicet per manuum impositionem qua datur Spiritus Sanctus? Ad quem illi: Sed neque si Spiritus Sanctus est audivimus. Ad quos ille: Non sufficit Johannis baptismus. Et statim baptizati sunt in nomine Jhesu domini. Et cum imposuisset eis manus post baptismum, acceperunt Spiritum Sanctum et loquebantur linguis, et quidam eorum prophetabant predicentes futura. Erant autem omnes fere viri duodecim. Ad tempus eadem et predicavit ibi Paulus cum fiducia per tres menses disputans de regno Dei. Et qui prius prohibitus fuerat a Spiritu Sancto predicare in Asia minori, tunc eodem Spiritu inspirante predicabat Ephesi. Ex quibus patet quam admiranda sint iudicia Dei. Cum autem predicaret Ephesi, quidam obstinati et increduli permanentes maledicebant doctrinam eius coram multitudine. Discedens ab eis segregavit discipulos disputans in scola cuiusdam tyranni, id est nobilis, vel forte nomen proprium est illius a quo conducebat domum in qua docebat discipulos suos tamquam regens scolas. Et hoc fecit per biennium. Et in eodem biennio scripsit primam epistolam ad Corinthios. Et faciebat Deus magnas et multas virtutes per manus eius, ita ut sanarentur languidi quibus superponebantur semicinctia. Dicuntur autem semicinctia vestes tantum a renibus lateribus pendentes, vel quedam zone vel que capitis ornamenta, vel quoddam genus sudarii quo hebrei utuntur in labore laborantium sudor abstergentes.

De expulsione spiritus ab obsessis per exorcistas

Viderunt autem quidam exorciste quod ad invocationem nominis Jhesu Paulus eiceret demones. Excogitaverunt eadem uti forma verborum ad eiectionem demonum. Qui licet per exorcismos Salomonis demones eicerent, non tamen absque labore multo sed quibusdam herbis et gemmis adhibitis, ut tradit Josephus. Ut ergo facilius eicerent demones, adiurabant eos in hunc modum: Adiuro vos per Jhesum quem Paulus predicat. Et sic eiciebant demones.

abobsessis. Erant aut vii filii
Sceve principis sacerdotum qui pariter
adiurabant demones in hunc modum
et dum inquirerent die adiuraret de-
mones ut exirent a corpore obsessorum
h' eis demon Ihesum novi et paulum
novi sed vos qui estis et in illos
in eos irruerant eos et mactabant
fama promissam Regione et
invasit eos timor omnibus exorcistis
et magis ut non auderent amplius
demones in hunc modum adiurare. Et
congregati sunt omnes magi qui per artem
magicam impediebant demonibus
et combusserunt libros suos ante
pedes pauli. Preterea paulus proposuit
ire ierusalem et inde Roma. Premi-
sit aut Timotheum et Erastum
in macedoniam ad portandas col-
lectas quas erat delaturus in
ierusalem ad opus pauperum qui erant in
ierusalem. Ipse aut ad tempus remansit
in asia. Interim De persecutione pauli iuxta ydola

Facta est in tempore illo turbacio
magna in Epheso. Demetri-
us argentarius qui faciebat edes
et ymagines argenteas diane
quotannis eius operis artifices et
locutus est eis in hunc modum. Karissimi
quod de huiusmodi artificio nobis
lucrum quamquam paulus ait predicat
non esse deos manufactos. Et ideo timen-
dum est ne eius doctrina nil amplius lu-
crabimur et etiam templum magne
diane pro nichilo reputabitur et ma-
iestas eius destruetur quod veneratur
universus mundus orbis. Et statim re-
pleti ira clamaverunt unanimiter
dicentes per civitatem magna dia-
na Ephesiorum. Et rapto gaio et
aristarcho sociis pauli traxerunt
eos in theatrum in spectaculum scilicet in quo
tot conveniebant. Et cum paulus hoc
audito vellet venire in theatrum non
formidans obicere se morti dissua-
sum est ei a quibusdam amicis suis
ne incurreret periculum. Postquam aut cessavit
tumultus vocatis paulus discipulis
exortatusque eos et valefaciens eis pro-
fectus est in macedoniam et iuit a-
thenas ubi cum fuisset. postea facte
insidie a iudeis in syria naviga-
turo. sentientibus quod deferret colle-
ctas plurimum cum esset vaturus
maior non posuerunt illi insi-
dias. Habuit ergo consilium ut
reverteretur in macedoniam ut
ita vitaret insidias. Cumque
ac de spatiis eius profecti sunt
tria et procedentes nos
Lucas sustinuerunt nos unde
prevenientes venientes nos vero
navigavimus post dies azimorum
philippis que est prima civi-
tas in macedonie et in v. die-
bus. Una aut sabbati cum
venimus ad frangendum panem disputabat pau-
lus cum eis in crastinum profectu-
rus et protraxit sermonem usque
in media nocte. Et erant
lampades copiose in cenaculo
ubi congregati eramus. De resuscitatione adolescentis per paulum et [illegible]

Et ecce
sedet quidam adolescens
super fenestram et gravatus sompno
cecidit de tercio cenaculo deorsum
et sublatus deorsum oblatus
est paulo mortuus et dicebat
cunctique ad quem cum descendisset
paulus incubuit super eum et
complexus eum ait Nolite tur-
bari anima enim ipsius in eo est.
adhuc hoc dicit ait ut tolleret
defunctum ab eis filii vero usque
est domum dicens puella non
est mortua et suscitatus est ado-
lescens et gustavit cibum
et confortati sunt Erat int' verba
predicationis brasio oriunt ma-
culi ut ostensio miraculi con-
firmaretur doctrina pauli et ut
laravit insigniter coram multis
memoria in ... ab eis est dis-
cessum. Nos aut ascendentes
navem ... navigavimus in
Asson ut ibi exspectaremus paulum
sic enim disposuerat. Interim pe-
destrem iter facturus. Et cum con-
venisset ad nos assumpto eo venimus
Mitilenem. proposuerat enim paulus
in transitu navigare Ephesum
moram non facturus. festinabat
enim si possibile esset ut in die pen-
thecosten esset Ierosolimis.
Et a mileto Ephesum non na-
vigavit sed misit Ephesum
et vocavit maiores Ecclesie

et proficiscens sermonis usque ad medium noctis

et vocati venerunt ad eum
milesium et exortatus est eos di-
cens se ascendere in ierusalem Ecce
nunc alligatus spiritu id est compulsus
me ad id caritate ~~...~~ tendo
in ierusalem que ibi eventura mi-
chi sunt ignorans sed quod spiritus sanctus
michi per alios protestatur quod
vincula et tribulationes me ibi
manent / alii enim de revela-
tione spiritus sancti de ipso quod non ipse
Sed nichil horum vereor ne-
que facio animam meam id est vitam
temporalem preciosiorem quam me id est quam
anima mea dummodo consum-
mem cursum meum et ministerium
quod accepi a domino ihesu testifi-
cari Evangelium gratie dei Et
nunc ecce scio quia amplius
non videbitis faciem meam
Et postquam multam exortationem posuit
genibus una cum omnibus illis
oravit Et procumbentes super
collum pauli flentes osculaba-
bantur eum dolentes maxime
de eo quod dixerat quod faciem eius
non essent amplius visuri Et
deduxerunt eum usque ad navem
et abstracti ab illis transeuntes
multas urbes et regiones ve-
nimus tyrum ubi mansimus
vii diebus / inventis quibusdam
discipulis Christi prophetantibus
paulo ~~predictibus~~ predicentibus
que illi ventura erant in ierusalem
et dissuadentibus quod ~~illi ventura~~
~~erant~~ ne ascenderet / peractis
sunt diebus deducentibus nos omnibus
cum uxoribus et filiis foras usque
Civitatem Et valefacientes eis
ascendimus navem illi autem redie-
runt in sua / nos vero descendimus
Tholomaidam et salutatis fratribus
mansimus una die apud eos

De adventu pauli in ierusalem et questio de iacobo

Altera
die venimus Cesaream
et intrantes domum philippi di-
aconi qui erant quatuor filie
virgines prophetisse predicentes
paulo quod erat ei eventurum
in ierusalem Et cum moraretur ibi
per aliquot dies supervenit
propheta quidam a iudea nomine
agabus / Qui cum venisset ad
nos tulit zonam pauli et liga-
vit sibi manus et pedes ait hec
dicit spiritus sanctus virum cuius est hec zona
sic alligabunt in ierusalem iudei et
tradent in manus gentium / Quod cum audi-
remus / Rogabamus nos et qui erant
loci illius ut non ascenderet in ierusalem
Et Respondit quid facitis affligentes cor meum
Ego enim non solum alligari sed
mori in ierusalem paratus sum pro nomine
domini ihesu Et cum non possemus ei
dissuadere quievimus dicentes domini
fiat voluntas Post ea preparati ~~ascendimus~~
ascendimus ierusalem et non multi
de discipulis qui erant in Cesarea no-
biscum adducentes Iasonem hospi-
tem nostrum Et cum venissemus ierusalem li-
benter exceperunt nos fratres Sequenti
autem die intravit paulus nobiscum
ad iacobum qui erat episcopus Iero-
solimitanus de quo dicit Beda
super hunc locum quod xxx annis rexit
ecclesiam Ierosolimitanam scilicet usque
ad vii annum neronis qui secundum
Iosephum excerebratus est pertica fullonis
Beda dicit quod precipitatus est de templo
aliud legitur lapidatus Et potuit
esse quod primo precipitaverunt eum lapi-
daverunt eum quod fullo tandem Sed
cum dicit Beda Iacobum mortuum
vii° anno neronis palam est non esse
autenticum quod legitur in epistola Clementis
qui in tenore illius epistole dicit
se mandatum accepisse a petro
cum successit in apostolatu ne post
mortem eius Iacobo episcopo epistolas
destinaret ut ab eo instrueretur Sed cum
Iacobus episcopus mortuus sit vii° anno
neronis et petrus vixit usque ad xiiii
constat hoc nil esse

De narratione pauli apostoli de gentibus et de quatuor sinodis

Quom autem intrasset paulus
ad iacobum collecti sunt seniores
quibus salutatis narrabat per singula
que et quanta fecerat deus in gentibus
per ministerium eius Qui cum audissent
magnificabant deum et dixerunt
paulo Vides frater quot milia sunt
in iudeis qui crediderunt omnes hi ad-
huc sunt emulatores legis vo-
lentes post fidem susceptam observa-
re legalia et audierunt de te quod
predicas abolitionem legis et eis odi-

blis factus est et quasi destructor legis moysi. Convenit ergo te multitudo audiens te supervenisse. Unde consilium est ut sanctifices te secundum legem cum quatuor qui votum susceperunt, sic auferatur falsa opinio quam conceperunt de te. Et statuerunt de eius consensu ut iudeis ad fidem conversis non prohiberetur observantia legalium dumtaxat non ponerent spem in eis. Et distingue quatuor synodos in primitiva ecclesia Ierosolimis celebratas. Primam de substitutione Mathei, secundam de electione vii diaconorum, terciam qua statutum est gentibus ad fidem venientibus non esse imponenda onera legalium cum ascenderet Barnabas et Paulus de Antiochia in Ierusalem. Quartam de qua hic agitur qua statutum est non prohiberi iudeos a legalibus observationibus dummodo non ponerent spem.

De apprehensione pauli in ierusalem

Postea purificatus die paulus cum quatuor viris intravit templum cum eis et obtulit oblationem uniuscuiusque sicut alii. Consummatis autem vii diebus iudei qui venerant de asia prosequentes paulum cum vidissent eum in templo quia viderant trophimum effesium deambulantem cum eo per civitatem putaverunt quod introduxisset eum in templum hominem scilicet gentilem et concitaverunt omnem populum contra eum et miserunt manus in eum dicentes. Viri israelite adiuvate. Hic est homo qui contra populum et legem et locum istum predicat ubique terrarum insuper et gentiles induxit in templum et contaminavit locum istum. Commota est universa civitas et facta est concursio populi. Et apprehendentes paulum traxerunt extra templum et clauserunt ianuas ne refugeret in templum. Et querentibus eum occidere nunciatum est tribuno cohortis scilicet cladio lisie qui missus fuerat a felice preside. Et tunc assumptis militibus et centurionibus occurrit eis. Iudei cum vidissent eum desierunt percutere paulum. Et apprehendit paulum et iussit

Et liberatione per claudium.

ligari cathenis duabus donec de causa eius cognovisset. Et cum non posset audire pre tumultu iussit eum duci in castra scilicet in turrim Regiam. Et cum venisset ad gradus forte ad gradus templi vel ad gradus domus regie portabatur paulus a militibus propter impetum populi. Sequebatur enim eum populus clamans tolle eum ad mortem scilicet. Et cum adduceretur paulus in castra ait tribuno. Licet mihi loqui aliquid ad te. Qui ait. Tu greca lingua. Nosti greca lingua ait. Nam locutus est cum tribuno cum greca ne iudei intelligerent. Nonne tu es ille egiptius qui ante hos dies tumultum concitasti et eduxisti in desertum iiii milia virorum sicariorum. Iosephus dicit quod cum plurimis milibus et potuit primo venire cum paucioribus post ea cum plurimis.

De fuga egiptii et deserto pauli

Egiptius iste parte magicam sibi comparaverat nomen prophete et congregatis xxx milibus iudeorum deceptorum per desertum perduxit ut eam caperet ad montem oliveti volens irruere in ierusalem ut eam caperet. Et occurrens ei felix preses cum multis milibus armatorum fugavit eum cum paucis et alios occidit. Respondens paulus tribuno ait. Ego iudeus sum tharsensis cilicie non ignote civitatis municeps. Non est natus in tharso sed in oppido galilee nomine giscallis quo capto a romanis translatus est tharsum cum parentibus et ibi educatus. Unde ab educatione se dicit tharsensem licet in giscallo natus sit sicut christus dicitur nazarenus cum sit in bethleem natus. Non est educatus in tharso sed in municipio adiacentibus civitatibus. Non vocat se civem sed municipem a municipio et territorio civitatis in quo munitio est dicuntur municipia castra adiacentia ci-

civitati que munia vel munera
debita vel tributa solvunt aut

De assertione pauli se romanum et de sermone ad iudeos

In sequentibus autem magis declaratur
cum se dixit paulus civem
romanum et de summa qua pater
suus post sequendum diligenciam
sibi comparaverat erga romanos
et donatus est ab eis romana
libertate civis romanus ipse
et heredes sui Et sic iure heredi-
tario habebat paulus consor-
tium romane civilitatis Ro-
go te permitte me loqui ad
populum Et permissus cepit loqui
hebraice ad populum quod audien-
tes prestiterunt magis ei silencium
Viri fratres ego sum homo hebreus
natus in tharso cilicie nutri-
tus in hac civitate secus pedes
gamalielis et ab eo eruditus
et fui emulator legis sicut et
vos et persecutus sum christianos
usque ad mortem testis est mihi princeps
sacerdotum a quo accepi litteras
in damasco ut si quos ibi in-
venirem christianos vinctos addu-
cerem in iherusalem per ea persecutus et
quomodo conversus et baptizatus
ab anania quod per multum
tempus de damasco rediit in
iherusalem et dum oraret in templo
factus est in extasi et videt et au-
divit christum dicentem sibi festina et exi velociter de iherusalem
quia non recipient testimonium tuum
de me Ad quod ille domine
ipsi sciunt quoniam ego persequebar sectatores nove doctrine
et in mesiu lapidacionem stephani
in custodiens vestimenta lapi-
dancium q. d. debet eis sufficere
exemplum conversionis mee Et
dixit ad eum vade quoniam ad naciones
longe mittam te q. d. non propter
hoc recedes ... iudei et ideo mitta
te ad gentes quia tu loco quod ... a iudeis sunt longe

De tumultu ... pauli et interrogatione se romanum ... flagell

Cum vero usque
ad hoc verbum in silencio audis-
sent eum iudei audito quod de-
stinatus esset gentibus una-
nimiter vociferati sunt
proicientes vestimenta sua et
pulverem iactantes in aera pro ma-
gnitudine tristicie cum furore expri-
mentes dicentes tribuno tolle de
terra hominem huiusmodi non enim est per phas
eum audire Et iussit Et iussit eum
tribunus induci in castra ...
in terram terre s. illa hec dicebatur
antonia vel aggrippa et cedi fla-
gellis et torqueri ut ita non viderent
eum tormentis eius saciati Et
cum astrinxissent eum loris dixit pau-
lus astanti centurioni licet vos
flagellare hominem romanum in-
dampnatum i. de nullo reatu ordine
iudiciario convictum Quo audito acces-
sit centurio ad tribunum dicens
quid acturus es hic homo civis roma-
nus est Et accedens tribunus ad paulum
quesivit ab eo an romanus esset Et
confessus est et ait tribunus ad pau-
lum Ego multa summa precium hanc
civitatem emi Ego inquit paulus in
ea natus sum quia summa pater sic pro-
curatum est antequam gigneret eum comparata
sibi gratia romanorum civilitate
romana donatus et donatum est
ab eis in se et in heredibus suis Et
statim discesserunt qui eum tor-
turi quia timuit tribunus audito quod
esset civis romanus

De increpatione pauli anani et interpretatione se phariseum

Postera autem die
volens paulus scire diligencius
causam accusationis solvit eum et ius-
sit sacerdotes convenire ad concilium
Et producens paulum statuit illum
inter eos Et cepit palam loqui concilio
Viri fratres Ego omni consciencia
bona conversatus sum apud deum usque
in hodiernum diem Et statim princi-
pes sacerdotum ananias precepit a-
stantibus ut percuterent os eius quasi
imprudenter gloriantis Ad quod pau-
lus percutiet te deus paries dealba-
te q. d. iudicabit inter deus ypocrita
quia tu sedeas super cathedram moy-
si et tu contra legem iudicis iudicare
et iudicas contra legem eum me re-
putes blasphemum extra castra e-
duci et eductum ab omni populo lapi-
dari vel forte prophetavit paulus
de abolitione sacerdotii iudeorum

dicens Percutiet te deus q. d. de-
struet sacerdotium tuum s. sacerdotium
iudeorum. Et hii qui astabant dixe-
runt Summum sacerdotem dei male-
dicis Nesciebam fratres esse principem
sacerdotum Uerum scit hoc sciens
tamen esse Scriptum est enim principem
populi tui non maledicas uel qui mi-
stice ait se nescire i. sacerdotium
iudeorum reprobatum esse Et licet
nouit tamen non esse ibi principem
sacerdotum in temperate tamen indut instru-
ens alios ut modestius se habeant
erga prelatos suos etiam timens
paulus impetum iudeorum excogita-
uit quia mouet scisma inter
eos cum et principes essent ex phariseis
et saducei tamen omnibus professus est
se esse de secta phariseorum ut ita
conciliaret sibi animos eorum
et eorum beneficio euaderet manus
aliorum Et tum professio esset facta est
dissensio magna inter eos s. phari-
seos et saduceos De liberatione pauli de medio iudeorum et aparicione domini

Et surgentes quidam
Phariseorum pugnabant pro
paulo contra saduceos dicentes
Nil mali inuenimus in homine isto
quid si spiritus locutus est ei aut angelus
est ei uel hec contra saduceos di-
xerunt Negantes spiritum esse uel ange-
lum Deum Et tum tanta facta esset
dissensio timens tribunus ne discer-
peretur paulus a saduceis s. no-
lentibus eum rapere iussit milites
descendere et rapere eum de medio eorum
ac deduci eum in castra Et sic factum
est Sequenti quidem nocte apparuit
paulo dominus dicens Constans es-
to Sicut ut testificatus es de me
in ierusalem sic te oportet et Rome
testificari De promissione occidendi pauli

Facta autem die collegerunt
se quidam ex iudeis et deuoua-
uerunt se maledictioni si comederent
uel biberent donec occiderent
paulum pro quo iniuste habebatur
anathematizauerunt Erant
plus quam xl uiri qui hanc coniuracionem
fecerant Accesserunt et accesse-
runt ad principes sacerdotum et se-
niores dicentes deuotione deuo-
uimus nos nil gustaturos donec

et illesa perductione ad cesaream

occidamus paulum persuadete
tribuno ut ergo producat eum in
medium ad nos tanquam aliquid
certius cognituri de eo Nos uero
iuxta eum et interficiemus
Confestim hoc audiens nepos
pauli filius sororis eius in-
trauit in castra et nunciauit
hoc paulo Et aduocans pau-
lus unum de centurionibus
ait Adolescentem hunc perduc
ad tribunum. Habet enim aliquid
indicare illi Et cum uenisset
adolescens ad tribunum exposuit
ei dolos et insidias iu-
deorum contra paulum Tunc
dimittens tribunus adolescentem
precepit ei ne alicui hec reuela-
ret et uocatis duobus centu-
rionibus ait illis parate mili-
tes ducentos ut eant usque
Cesaream pedestres et equites
lxx qui s. non eant pedestres
et lancearios ducentos a tercia
hora noctis parata iumenta
paulo et temtibus simul
et perducite eum saluum et mor-
tuum ad felicem presidem De accusatione pauli coram felice preside Cesariensi

Scripsit
enim tribunus presidi epi-
stolam in qua modo claudius
lisias optimo presidi felici salu-
tem Iuuamen habeo in scriptis
meis fugiens Non enim nomine
excellencioris persone premisit
uno nomine suum premisit quia
erat inferior persona preside
predicta proposuit in epistola tamen
accusaciones pauli et mandat
et ordinat accusatoribus eius uenis-
sent Unde Cesarea tamen sta-
tim tradita epistola presidi sta-
tuerunt paulum ante eum
epistola perlecta cognito quod esset
de cilicia ait presides audiam
te tunc accusatores tui uenerint
et iussit eum custodiri in preto-
rio herodis post v autem
dies descendit princeps sa-
cerdotum ananias cum seniori-
bus et cum oratore quodam

dionocert

Tertullio qui esset advocatus
eorum et praevenit Tertullus an-
te Felicem et in multis accusaverunt
Paulum propter ea ammonente praeside.
Paulus ostendens quod nil di-
gnum morte commiserat et quod
persequebantur eum iudei pravitate
sua quia praedicabat resurrectionem.
Et audito quod esset contra-
ria de lege eorum quam putabat
Felix ait audiam vos cum Lysias tribu-
nus descenderit. Et iussit
Paulum esse in libera custodia
ut libere posset egredi et in-
gredi et deambulare et non
prohiberetur quisquam de suis ei mi-
nistrare. Post aliquot vero dies
Felix venit cum uxore sua Dru-
silla et vocavit Paulum. Dru-
silla ista iudea erat et pulcher-
rima quam olim concupierat Ao-
zizus rex amasorum et cum nollet
eum ducere negavit dicens quod
nulli nubet incircumciso prop-
ter ea ille circumcidit se et duxit
eam. De Drusilla et pavore praesidis ex praedicatione Pauli

Cum autem missus esset Felix
a Claudio praeses in iudea
sollicitabat eam per iudeas ut
nuberet ei et tandem ad hoc
inducta est ex cognati sue
Bernice que olim dimisso
viro suo nupserat dicitur
Agrippe qui habebat regnum
ultra Jordanem. Dimisso igitur
viro illo scilicet Azizo rege ama-
sorum nupsit Drusilla Feli-
ci. Haec Drusilla quia iudea erat
libenter audiebat Paulum
de fide que est in Ihesum Christum.
Et cum disputaret Paulus de
iustitia et castitate et iudicio
futuro tremefactus est praeses au-
diens se iudicandum. Vade inquit
altera vice te vocabo. Dicebat
sperans se aliquid ab eo ac-
cepturum. Reputabat enim Paulum
habere pecuniam. Unde quod frequen-
ter accersiens eum loquebatur
cum eo. Biennio autem completo
successit Festus Felici missus
a Nerone. Sic autem intelligatur
biennio a praesidatu Felicis
non poterit stare cum a longe

Retro constitutus esset praeses a
Claudio. Festus autem missus est
a Nerone qui successit Claudio.
Sic autem intelligatur biennio ab accu-
satione Pauli nec sic potest stare
illo enim ita fluxerat duo anni
ex quo venerant in urbem. Intelligendum
est autem biennio ab accusatione Feli-
cis ex quo scilicet accusatus est a iudeis
Roma. De dissensione iudeorum et gentilium de civitate Cesarea

Facta est enim dissensio inter iudeos et
gentiles in Cesarea de honore
civilitatis. Iudei enim praeferebant se gen-
tilibus quia Herodes Ascalonita qui cir-
cumcisionem acceperat fuerat conditor
civitatis et appellaverat eam Cesa-
ream in honorem Cesaris. Gentiles
se praeferebant iudeis dicentes quod a gen-
tilibus facta est primarie edificatio civitatis
que antequam reedificaretur ab Hero-
de dicta est Pyrgos Stratonis. Felix autem
primo fovit partem iudeorum donec per-
cepisset munera [illegible] eorum postea fo-
vit partem gentilium [illegible].
Militibus gentilium dedit licentiam
intrandi domos iudeorum et diripi-
endo bona eorum. Unde accusatus
est a iudeis apud Neronem et bien-
nio ab accusatione amotus est a praesida-
tu et substitutus est ei Festus. Vo-
lens autem in fine praesidatus sui
placere iudeis reliquit Paulum
vinctum. Festus autem cum venisset
in provinciam post triduum ascendit Ie-
rosolimam a Cesarea et rogaverunt
eum principes sacerdotum et primi iude-
orum ut iuberet adduci Paulum in urbem
a Cesarea ~~[illegible]~~ paratis ei insi-
diis ut occiderent eum in via. Festus
autem rediit in Cesaream iudeis
descendentibus et eorum accusatores [illegible]
pariter descendentibus ibi auditurum
[illegible]. De appellatione Pauli ad Cesarem

Post autem paucis diebus multum de-
scendit in Cesaream et sedit pro tribu-
nali et productus est Paulus in
medium et accusatus est in multis
ab hiis qui descenderant de urbe
sed non poterant probare que obici-
ebant ei Paulo in omnibus tamen
reddente. Festus autem volens pla-
cere iudeis ait Paulo vis ascendere
in urbem et de hiis iudicari apud

me ad quod paulus ad tribunal
cesaris sto ubi oportet me iudicari
Erat autem sedes in cesarea iuxta
quam stabat paulus quod pauerat
herodes cesari ut in ea sedeat si
quis veniret in cesarea vel quibus
mitteret iudices Et excusabat se
paulus dicens Iudeis non nocui
sicut nosti si quid dignum morte co-
misi volo mori Si vero nil eorum
Nemo est qui audeat me trade-
re ad cesare appello Tunc festus
cum consilio loquens ait ad cesarem
appellasti ad cesarem ibis

De adventu agrippe in cesarea et predicatione paulo

Et cum
dies aliquot transacti essent
descendit Rex agrippa in cesa-
rea cum uxore sua Bernice Jose-
phus dicit Bernice non est intelli-
gendum quod fuit eius uxor sed quasi
uxor Erat enim soror eius Sicut cogno-
ta secundum ydioma hebreorum et tene-
tur eam diligebat et impone-
batur ei quod abutebatur ea Descendit
autem Rex agrippa in cesarea au-
dito quod esset ibi festus ut excusa-
ret iudeos apud eum Iste namque
agrippa infestus erat iudeis quia
cum accepisset potestatem a Romano
imperatore constituendi summum sacerdote
in ierusalem constituebat eos sacerdotes
qui non erant aaronite et fenestra
fecerat enim fenestra in palacio suo
eminente unde poterat videre quicquid
fiebat in templo sacrificia scilicet et que
molesti sustinentes iudei fecerant
murum oppositum fenestre eminen-
tem fenestram . Veniebat ergo specialiter
agrippa rogaturus festum ut murum
illum obstrueret Causa tamen descensus
agrippe in cesarea non narratur
in hystoria actuum sed Josephus
supplet

De sermone pauli coram agrippa

Cum descendisset agrippa ho-
norifice receptus est a festo
et cum per dies plures moram fecisset
cum eo consuluit eum quid faceret
de paulo Et exposita ei accusatione
iudeorum contra paulum cupiit ag-
grippa se velle videre paulum altera
die venerat agrippa et bernice
cum multa ambitione i cum multa ho-
nore ambiente vel cum multa ambi-
cione i cum multiplici apparatu
vel cum multa amicitia i cum multo
desiderio audiendi paulum
Et cum introisset auditorium cum
tribunis et viris principalibus
civitatis iubente festo adductus
est paulus Et dicit festus
agrippa Rex et omnes qui
simul adestis videte hunc de
quo omnis multitudo iudeorum
interpellat me Jerosolimis di-
centes eum dignum morte esse
autem nil in eo comperi dignum mor-
te Ideo cum appellavit ad augu-
stum eum Roma mittere decrevi
sed irronabile mihi videtur mittere
cum vinctum et causam eius non signi-
ficare Ideo consulo te super hac Rex
agrippa quia non habeo quid
certum scribam de eo Tunc agrippa
ad paulum permittitur loqui
pro te Tunc paulus extensa ma-
nu cum ratiocinatus vel ad faciendum
silencium cepit reddere rationem
super quibus accusabatur
a iudeis Beatum me existimo re-
puto Rex agrippa quod in audi-
encia tua sum excusaturus cum peritus
sis in lege moysi et audiens
hominis consuetudine iudeorum
propter quod obsecro ut paciente
me audias Et prosecutus est
modum conversionis sue et super quo
accusaretur a iudeis Et post
multos sermones pauli exclamavit
festus voce magna Insanis
paule multe littere te faciunt
insanire Non insanio inquit
optime feste sed veritatis et so-
brietatis verba eloquor Scit enim
hec Rex agrippa in cuius pre-
sencia eloquor Nichil enim horum
eum latere Neque enim quicquam horum
in angulo factum est Credis ag-
grippa prophetis scio quia credis
ad quod agrippa in modico
suades me fieri christianum ad quod
paulus opto apud deum non tan-
tum sed omnes qui audiunt hodie ta-
les esse qualis ego sum exceptis
vinculis meis Nolo enim vin-
culatos esse

De remissione pauli ad cesarem et decoratione sermone sacerdotum

Tunc exsurrexit rex et preses et Bernice et qui assidebant eis. Et cum secessissent loquebantur ad invicem dicentes: Nihil dignum morte aut vinculis fecit homo iste. Et ait Aggrippa ad Festum: Dimitti poterat homo iste si non appellasset ad Cesarem. Et decrevit Aggrippa quia appellaverat mittendum esse ad Cesarem. Et traditus est Paulus Iulio centurioni cohortis Auguste militum, scilicet qui missi fuerant ab Augusto et preerant. Miserant Roma multos Iudei contra Aggrippam ad Cesarem, quem in litteris habebat querelas, quia ut supra tetigimus constituerat Ysmahelem summum sacerdotem cum non esset de genere Aaron. Et hoc ponit Iosephus cathalogum sacerdotum qui fuerunt ab institutione sacerdotii usque ad tempus eius. Sub distinctione tamen temporum ab Aaron usque ad tempus David et fuerunt singuli xiii unus post alium cum perpetuitate xxii annis et succedebant filii patribus primogeniti. Filius Aaron scilicet Eleazar successit ei in summum sacerdotium. Filius Eleazar successit ei et in posterum ita. De Ithamar non erant summi sacerdotes sed minores, nisi pauci circa tempora David. Ita Abimelech translatum est sacerdotium ad filios Ithamar. Abiathar qui erat de Ithamar quem deposuit Salomon et eius loco statuit Sadoc qui de Eleazar. De summis sacerdotibus et interpretatione eorum

David autem volens ampliare cultum dei videns quod non sufficeret unus summus sacerdos ad ministrandum, quia si infirmaretur non erat interim qui vicem suppleret, quia necesse erat singulis diebus offerri, instituit xxiiii summos sacerdotes: sedecim de genere Eleazar, viii de genere Ithamar. Unus tamen illorum xxiiii erat summus, qui dicebatur princeps sacerdotum. Administrabat autem per septimanas que iure hereditario devolute sunt ad posteros eorum. Et unusquisque xxiiii summorum sacerdotum cum administrabat, secum habebat xxiiii minores sacerdotes et totidem levitas et totidem cantores, duplicato numero nathineos. Fuerunt autem xviii principes sacerdotum a tempore David usque transmigrationem Babilonis. A transmigratione autem cessavit sacerdotium usque ad reditum de captivitate sub Zorobabel et Ihesu magno sacerdote. Et inde usque ad tempora Machabeorum fuit tempus sacerdotum. Tempore autem Machabeorum non deputatur sacerdotio quia idem erant duces et sacerdotes. Et sic usque ad Herodem qui fecit quotquot meruerunt de genere sacerdotum. Nec iterum ad eos devolvebatur. Regnum et vendebat summum sacerdotium quandoque uni et quandoque pluribus simul. Et fuerunt omnes usque ad excisionem ultimam xxviii summi sacerdotes a tempore autem Herodis usque ad excisionem ultimam non ponit Josephus summa annorum, sed constat fuisse c. v. cum Herodes ante nativitatem domini xxx annis regnavit. Et dominus xxxiii annis vixerit et a morte domini usque ad excisionem xlii fluxerunt. Sed de hiis hactenus.

Traditus est Paulus Iulio centurioni ut preceptum est. Et dedit dominus gratiam Paulo in oculis eius ut humane tractaret eum, nec prohiberet amicos eius in civitatibus per quas transibat ei ministrare. Prosequitur Lucas de progressu itineris dicens: Ascendentes navem Adrumetinam incipientes navigare circa Asie loca. Secunda flabitandis voluit distinguere Adrumetinam, ut dicatur quasi eos navis Adrumetina q. a Rometina s. Roma tendens. Vel melius a nomine civitatis dicitur Adrumetina. Adrumetis enim est civitas Affrice circa eumque Lucas. Civitates per quas transibat quas non est necesse

De Navigatione pauli in Romam

ciuitate nisi in quibus aliqua ge
sta sunt nobis pretermittenda. Inter
lecta venerunt listra ubi habuit
paulus plures amicos qui instanc
tant. Ibi inveniens centurio nave
allexandrina navigantes in italia
transposuit nos in eam dicit lucas
de navi scilicet quod prius ascenderamus nos
transtulit in illa. Et cum multis diebus
navigaremus lente vento scilicet ne libere
navigaremus prohibente tandem ad navigamus
tute et inde vix devenimus in
locum qui dicitur boni portus et
ibi multo tempore fuimus non ausi ingre
di mare cum non esset tuta navi
gatio eo quod ieiunium preterisset id est fa
mes magna in naviculis ad na
vigandum redderent nautas infir
miores. Vel ieiunium vii mensis
intelligi potest quod est in x die septembris
et scenophegie scilicet in xv die
septembris et sic probat tuta
non esse navigacionem quia erat vii
mensis qui inicium est hyeme secundum
hebreos qui aprilem primum com
putant. In hyeme autem non est
tutum navigare. Vel potest intelligi de
ieiunio in memoria mortis godo
lie instituta quod fit in fine septe
bris vel decimo decimi mensis
quod fiebat in ianuario quod inst(itu)tu
erit auditis rumoribus de com
bustione templi in babilone.

Cum autem ibi — *De consiliario petro pauli contemptu* —
moratum esset centurionem et alios
quod non possent navigare consola
batur eos paulus dicens Viri vi
deo forte ex signis tempestatis
vel in spiritu prophetico quod non sine
multo dampno non solum oneris
et navis sed etiam animarum nostrarum po
testis navigare. Centurio autem
magis credidit naucleo sive
nauticulario quam paulo id est domino na
vis. Nauclerus enim dicitur in cuius
sorte cedit dominium navis clerus
enim sors. Hoc autem compulit cen
turionem magis acquiescere naucleo
quam paulo quia portus in quo e
rant non erat ydoneus ad hyema
dum et ideo consulebant omnes inde
navigare si quo possent ad alium
portum qui magis ydoneus esset
ad hyemandum contra consilium

pauli aspirante austro adver
tum provocant anhelantes intra
verunt mare. Et cum aliquantu
lum processissent insurgens
ventus tiffonicus vertit se
navem qui dicebatur euro aqui
lo dicitur autem ventus tiffonicus vent
us qui inflans mare et faciens
intumescere typhos in ipsa te
flatio et est. Cum arrepta es
set navis et non posset conari
contra ventum tempestate rem
gio ferebamur. Cum in ictu devenimus
ad insulam quandam que dicitur
cauda vix potuimus optinere
scapham de navi cum inde depo
sitam in adiutorium. Navis que
impetu fluctuum fere rapta est.
Scapha dicitur levis navi
cula de uno tantum arbore con
cavata. Vel dicitur modica na
vis minima tenuibus tabulis facta quam
utuntur pirate. Et dicitur a sca
phon quod interpretatur speculum
tempore inde. Ea lubentes utuntur
pirate ad speculandum et exploran
dum. Et deferuntur huiusmodi
naviculi in navibus et inmi
nente metu naufragii depo
nuntur in mare ad subvenien
dum navi quod huius navis accin
gitur et in provincia tempe
statis armatur. Cum autem ex te
pestate sic valida iactarent
tercia die fecerunt iactum
id est eiectionem utensilium de navi.

Et cum — *De visione pauli in navi* —
neque sol in die neque ne
que sydera in nocte apparerent
ablata erat omnis spes salutis.
Et cum fuisset diutinum ieiu
nium forte voluntarium pro a
movenda tempestate vel ne
cessarium quia forte artabant
penuria victualium omnibus
proiectis in aqua stans pau
lus in medio eorum dixit O vi
ri erat consilium acquiescere
michi et lucrifacere iniuria
hanc et iacturam. Nunc tamen
suadeo vobis bonis animo esse
et estote quia Nemo periclita
bitur ex vobis neque pacientur
iacturam nisi Navis a statit

enim michi hac nocte angelus
dei cui sum dicens Ne time-
as paule Cesari oportet te
assistere et ecce donavit deus
omnes qui navigaverunt tecum
in vita tua consummavit ut nemo
eorum periclitetur propter quod magis
bono animo estote Credo enim deo
meo quia sic erit quemadmodum
dixit michi Et in insulam quandam
oportet nos venire Secundum
de hac impletum tamen scirent
salutem deo pagani Cum dies
hora supervenit circa mediam
noctem suspicabantur naute
apparere sibi aliquam regionem
et submittentes pondus plumbi
quo maris profunditas explo-
ratur invenerunt passus viginti
et pusillum inde separati invene-
runt passus xv Et timentes
ne in aspera loca incideremus de
puppi mittentes anchoras iiii op-
tabant diem fieri

De conspiratione nautarum per paulum

Et cum vellent
naute aufugere dimitte-
rent scapham in mari videns
hoc paulus in spiritu ait Centu-
rioni et militibus Nisi in navi
manserint homines isti non
potestis salvi fieri Statim mi-
lites absciderunt funes scaphe
et abiit per mare Cum autem illu-
cesceret dies Rogabat paulus
omnes ut sumerent cibum ut fortio-
res essent ad laborem sustinendum
dicens xiiii dies est hodie ex
quo expectantes ieiunitate et
ieiunii permanetis nil accipien-
tes forte die illa nichil come-
deritis vel forsan dies plures
sine cibo tulistis Confortamini
inquid et cibum sumite quia nec unus
capillus de capite vestro peribit
Et hec dicta sumebat panem
in conspectu omnium cum gratiarum actione
iuxta morem solitum Et cum fregisset
cepit manducare Alii
vigorem sibi sumpserunt cibum
et erant anime in navi cc-
lxxvi

De expeditatione navis

Et saturati cibo al-
leviabant navem iactantes
triticum in mare Cum autem dies
factus esset non agnoscebant terram
sinum vero quendam considerabant litus
habentem in quem cogitabant si possent
eicere navem Et cum anchoras su-
stulissent committebant se mari sine
conatu navigii Et levato artema-
ne iuxta quod ventus eos ducebat ten-
debant ad litus Artemo dicitur mo-
dicum velum directioni navis potius
accommodatum quam celeritati Et cum inci-
dissent in locum bitalassum impegerunt
navem Bitalassus proprie dicitur lingula
terre cum mare extensa mari habet et
inde circumdata Et dicitur bitalassus
quasi mare bisidum terre interiectu divisum
Et cum navis offendisset in bitalas-
sum prora manebat immobilis pup-
pis vero frangebatur maris impetu
supervenientis Et consulebant mi-
lites omnes vinctos occidi ne forte
natando aufugerent

De vipera manui adherente

Centurio vero
volens salvare paulum prohibu-
it hoc fieri et permisit quotquot
et quolibet modo possent evadere
Et iuxta quod predixerat paulus eva-
serunt omnes egressi in insulam
que vocabatur militene Et cum
egressi essent barbari habitatores
insule officia humanitatis diligenter
exhibuerunt eis accensa enim pira
reficiebant eos Et dum colligeret
paulus sarmenta et congereret cum
pira vipera inter sarmenta latens ad-
hesit manui eius Cum ita vide-
rent barbari viperam manum eius
pendentem ad invicem dicebant utique
homicida est homo iste Et cum
de naufragio evaserit ultio divi-
na amplius vivere non permittit
Excussit autem paulus viperam in
ignem nichil mali passus est At illi
mali expectabant ut intume-
sceret manus quia tumor solet se-
qui post venenum Et cum diu ex-
pectassent et nulla in manu
deprehendissent lesionem quietes
facta sua ad se invicem dicebant
homo iste deus est

De sanatione insularum in insula

Contigit autem
patrem principis publii insu-
le febribus et dissenteria labo-
rare i. profluvio ventris ad quem cum
paulus intrasset et orando

imposuisset ei manus sanavit
eum. Quo facto omnes qui erant
in insula infirmi accedebant ad eum
et sanabantur. Post menses autem tres
invenerunt navem alexandrinam
que in insula in illa erat hyema-
verat. Cui erat castrorum insigne
id est insule, qui ibi adhuc appa-
rebant quorundam castrorum vestigia
que antiquitus ibi fuerant edi-
ficata. Vel tamen quia in navi in modum
castrorum erant insignia velis
intexta. Alia translatio habet cui erat
insigne arces castrorum quia gemini
fuerunt castores scilicet castor et pollux
quos gentiles precipue in periculis
maris invocabant, et ideo in litore
maris eis templum fecerant. Hec
autem grecalia translatione evidentius
est ubi habetur cui erat insigne
dacos filiorum Jovis. Fabulantur
enim gentiles castorem fuisse filios
Jovis. Cum autem ascendissemus na-
vem in illis honoribus honoraverunt
nos et posuerunt necessaria in navi.
Et cum venissemus syracusam man-
simus ibi triduo. Et inde venimus
regium et inde post unum diem flan-
te austro venimus puteolos pro
quo alii libri habent puteolanum et
est nomen insule ubi invenimus
fratres et rogati ab eis mansimus
ibi vii diebus. Cum autem audissent
adventum nostrum fratres qui erant Rome
occurrerunt nobis usque ad forum
appii id est ab appio in litore constitu-
tum ut deinde applicantes ibi
invenirent victualia venalia
ubi constituerant tres tabernas
tres scilicet domos in litore in quibus
exponerentur cibi venales.

Et cum De adventu pauli in romam
audisset paulus fratres ad se
venientes gratias agens deo accepit
fiduciam. Minus prius timuit. Et quia
legitur ad adventum pauli iam Rome
erant christiani. Patet ex hoc locum pe-
trum et paulum non primos predicasse
iudeis romanis quod si erit legatur
de constructione fidei intelligendum
est non de primaria institutione. Cum
autem venissent Rome non dum erat
nero confirmatus in regno, nec inva-
luerat nequicia eius. Et audiens
controversiam esse de lege iude-
orum et christianorum nil pependit

et permissus est paulus libe-
re privatim manere cum uno sibi mi-
lite eum custodiente. Timuit autem
ne forte iudei qui persecuti
erant eum in iudea misissent
litteras ad iudeos qui erant Rome
ut in dolo occiderent eum. Ideo quod
post tertium diem convocavit primos
iudeorum. Et cum venissent dice-
bat eis: Ego fratres nihil adversus
gentem meam accusare. Sed coac-
tus sum appellare ad cesarem quia
iniuste traditus traditus sum a
iudeis in manus Romanorum.
Propterea volo vos fratres scire quia
nulla est causa mortis mee nisi
quia predico resurrectionem mortu-
orum. At illi dixerunt ad eum
neque litteras accepimus a te de
iudea neque adveniens aliquis
fratrum locutus est de te malum.
Volumus autem a te audire que
sentis quia de secta christianorum
tantum audivimus quod ei ubique
contra dicitur. Et die assigna-
ta venerunt ad eum plures in
hospicium suum quibus expone-
bat legem et prophetas predicans
de ihesu a mane usque ad vesperum
et quidam credebant his que
dicebantur, alii non credebant.
Et cum descenderent dissenciendo
cepit eos paulus arguere
in hunc modum. Bene spiritus sanctus
de nobis locutus est dicens
per ysaiam: Vade ad populum istum
et dic ad eos: aure audietis
nec intelligetis et videntes
videbitis et non perspicietis. Incras-
satum est enim cor populi huius et
auribus graviter audierunt et ocu-
los suos compresserunt ne for-
te videant oculis et auribus
audiant convertantur et sanem
eos. Notum ergo sit vobis quia gentibus mis-
sum est hoc salutare dei et
ipsi audient. De libera predicatione

Mansit autem Rome
paulus toto biennio in
hospicio quod ipse conduxerat
in libera custodia et suscipiebat
omnes qui ingrediebantur ad
eum predicans regnum dei et do-
cens de domino ihesu christo.

JOSEF
KALASIEWICZ

cum omni fiducia sine prohibi-
cione. Et nota quia anno quar-
tum pauli Rome Iam regna-
verat ut duobus annis. Et
veniens Roma per biennium
fuit in libera custodia, Ita quod
ea per totum in magis libera
quia non dominus Nero donatus
in regno dabat ei licenciam
licencia de ambulans et cir-
cueundi per partes occidentis
et predicandi. De occisione petri
Quarto decimo et pauli
Quo anno imperii Neronis
cum iam eius nequicia malu-
isset et iam in iudeorum consu-
masset Christus et paulus Ro-
me in talem ubi multos de
familia Neronis tenuit et
familiaritate et nec magi-
stri Neronis sibi quamvit et
eos xiiii° anno ultimo imperii
ym Neronis martirio corona-
ti sunt ipse et petrus unde
patet eos circa quod duravit
ut eos dies occisos esse iussit
intelligatur eodem die anno re-
voluto quod stare non potest tunc con-
stet eos anno xxv° esse oc-
cisos et eodem die De ordine occisionis apostolorum
Eloto autem videtur minus
conveniens quod de ditissima legitur
gloriosi principes et quod
in vita sua dilexerunt se
ita et in morte non sunt se-
parati potuit tamen videri paulo
tamquam civis honorabiliori
morte occisus quia gladiatus
et in catholicis bis versus occi-
dente petrus vero quasi servus
in vatticanis in medio que est
extra civitatem ubi fiebant
talia. Et ita paulus honorabi-
liori morte mortuus est quia
gladiatus Gladio cum puniebant
nobiles et in loco ma-
gis honorabiliorum in catha-
cumbis

que ut eis solempnitate ... sanguinale gratiam. alii per specialis indulgentie
privilegiorum auctoritate scriptos. Titulus
exordium concessio gratiarum finalis corro
boratio et signorum testificatio. Titulus
est per distinctio. premissio sue epistole salu
tis. et ... et iudicis ... ecce devotis ... recipiens

... tingi ... ... n̄ ... specialis
Scriptura dignitatum et ita absque ulla
... vel ... ... principes ...
re ... suum ... ut dei gratia romano
rum imperator et semper augustus. ... ponit ibi nomen
recipientis. ut dictum est in imperatum ad
denotandum ...

longo tempore ... ...
... Que circa ... dilectis supplici
ter multa precibus quas sic vestris exortationibus
inducere velitis eundem qui semper ami
citie vestre ... acquirere consuevit ...
... ... vestris ...
... Responsiva.

Amico suo domino P. ... amico ... cum
Ascenenti perventus mortalibus dilige
te C. ... salutem et visionem
mutuam ... Desiderio magno desidera
vit cor meum vestram ... recurrere
vos novit dominus diligam atque vestram ... ...
... ... statu vestro

|=|

[illegible]
R[illegible] instant amiciciã rogitam ꝗ p
latorẽ pſenciũ nrm ꝯ sanguineũ ⁊ ai
cũ nr̃is ſꝗb; ⁊ amoꝛe hr̃e uelitis in
ſuiſ iuſtis petitoib; ꝯmd. ut ita ꝗ uob
ñras audeat ⁊ ꝑuitaſſe ⁊ uoſ ad id tenẽ

R[illegible] maioꝝ ꝓbitas ut docuit retroacti . ac
ꝗ hoim aliq̃ꝝ inuentiũ uba friuola
timeant . qui ꝑ gr̃am creatoꝛis inimicos
nr̃os uſq; ad h tpa ſubiugauimꝰ uniũ
ſos . vn tibi tuiſq; te cõmdauꝰ noſci pſnti

[illegible]
antiquiũ . l' de honeſtate tue ꝓ uita
tura ſufficienti noua ꝓ cepimꝰ gͣ toſta
l' tp bois morib; diuerſis adornatus ⁊
i ſiſtis laudabiliꝰ ſtite tã ꝑ eſtnd' ¶ Tibi
tale bn̄ficiũ aſignam̃ ⁊ i ſigⁿ bn̄uo
[illegible] l' tue diltõi

[illegible]
cateꝛis ꝓ ⁊ iuſta odire deſeuit ⁊ uti
tes amare . ¶ Te rephende poſſumꝰ nõ
iniuſte . te rephende poſſumꝰ ⁊ dapna
re . l' rephenſioni ſbiates uehementi
l' culpa te rephẽbile exhib; ⁊ iſti q̃li
taſte inuſat . ¶ ꝗ ſine nr̃a licẽtia

Maſs tam woz v kaſſa
ławie y zopu ba tego tam
proſſeyzye nezapomyna
oſtyz. baczyze teſs ſwe
my weſsnij ſobe
tyen kuſs

bratr Jan

Rkp. 3457
f. 247

Brathu Marg
nebij Obersta

Rkp. 3457
f. 248

m loco s. bar.
Cantori m Ga
brzeworsko. rissimo

apprime

a Latere dextro Lecti

to statuy in ingresso

nd remitti Tarnoviã

d mag d